NICOLAI

DE
GRÆCORUM
LUCTU

1697




HONI·SOIT·QUI·MAL·Y·PENSE
IX
G.a.40
Perkins and Heath — Patent Hardened Steel Plate

38682/A

JOHANNIS NICOLAI

# TRACTATUS

DE

# GRÆCORUM LUCTU LUGENTIUMQUE RITIBUS VARIIS

E

Græcorum Præcipue Scriptis Aliiſque in uſum rei literariæ collectus

ET

IN LUCEM EDITUS.

THIELÆ.

Apud JOHANNEM RADINK.

M. DC. XCVII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# VIRIS

*Plurimum Reverendis, Graviſſimis, Ampliſſimis nec non Doctiſſimis*

## DOMINIS

DN. JOH. CHRISTOPHORO BILEFELDEN, SS. Theolog. Doct. Celeberrimo & Profeſſori Primario Academ. Gieſſ. Sereniſs Landgrii Haſſ. Darmſtad. à concionibus aulicis primariis, nec non conſiliis Eccleſiaſt. & Superintendenti Eminentiſſimo.

DN. JOH. HENR. MAJO, SS. Theol. Doct. & LL. Oriental. Profeſſori Ordinario undiquaque Celeberrimo, Alsfeldens ac Marburgico-Darmſtatin. Diœceſ. Superintendenti Vigilantiſſimo, Synedrii Sacri Adſeſſori Graviſſimo & Pædagogiarchæ Meritiſſimo.

DN. ORTOLPHO NEUNESIO, SS. Theol. Doctori Smalkaldenſium Eccleſiar. Inſpectori Meritiſſimo & Graviſſimo.

DN. BERNHARDO HAGENBRUCH, Inſpectori Echzellenſium Graviſſimo & Vigilantiſſimo.

FAUTORIBUS , PATRONIS
ET
PROMOTORIBUS MAGNIS
INTEGERRIMIS
DIVINÆ SAPIENTIÆ
DOCTORIBUS
DISSERTISSIMIS MELLI-
FLUIS
CONCIONATORIBUS
OMNI OBSERVANTIÆ CUL-
TU SUBMISSE DEVE-
NERANDIS CUM
VOTO DEVOTO
OMNIGENÆ FELICITATIS
EX
ANIMO SINCERO HUMILLI-
ME CONSECRAVIT
MANCIPAVIT
DEDICAVIT
HUNC

DI

# DE
# LUCTU
# GRÆCORUM
## TRACTATULUM
## AUTOR.

*ETſi verecundiæ limites tranſilire videor Plur. Reverendi & Graviſſimi Domini & Patroni, quod Vos ab arduis magnique conſilii negotiis non avocare tantum, verùm etiam Nomina Veſtra Inclyto, his meis chartis parùm doctis præfigere auſus ſim; attamen ſpe firmiſ-*

*ni ſimà luctor, quod hanc audaciam ſine offenſione accipere velitis, ſi rationes, quæ mihi, ut id facerem quaſi calcar addiderunt, Vobiſcum reputaveritis. Equidem votis omnibus jam pridem felicitatem hanc expetii, ut Vobis, Patroni Maximi, animum bene memorem gratumque quovis officiorum genere teſtatum facerem. Hunc ut aliquâ ex parte ſignificem, mearum partium eſſe duxi, Tractatulum de* Luctu Græcorum, *materia non ubivis obvia Vobis tradere, & ex priſca formula* dare, dicare & dedicare, *animi qua poſſum demiſſione rogans & orans, ut tantillum muneris chartacei non tantùm vultu Veſtro benevolo aſpiciatis,*

*ciatis, verùm etiam voluntatem Ve-
ſtram in me meaque ſtudia retinea-
tis. Sub Veſtro igitur Patroci-
niô Viri Maximi prodeat hic* Lu-
ctus *in publicum, Vobis laborem
meum offero, cùm meliores &
majores Patroni mihi occurrere non
potuerunt, quorum nomen præſcri-
bendum eſſet, quàm Vos. Gra-
tiſſimum mihi itaque erit, ſi be-
nevolè acceperitis fœtum hunc,
quod novum & ſingulare benevo-
lentiæ argumentum cum memoria
ſempiterna tuebor, omnemque quo-
que movebo lapidem, ut* Vobis
*quælibet animi grati officia præſta-
re poſſim. Imprimis autem Deum
ter Optimum Maximum ardenti-
bus votis comprecabor, ut Vos O-*

 *mnes*

*mnes ac ſingulos in ſeros uſque annos ſalvos & incolumes conſervet, & omnia Veſtra conſilia ad conſervandam Eccleſiam jubeat eſſe feliciſſima. Valete Viri Plurimum Reverendi & Graviſſimi & favere pergite*

*Veſtro*

Dabam Marpurg.
d. 6. Sept. 1696.

*Clienti multis modis obſtrictiſſimo*

JOHANNI NICOLAI.

AD

# AD

# DOCTISSIMUM

# DN. NICOLAI,

cum poſt *triumphum Romanum* illuſtratum de *Luctu Græcorum* eruditè commentaretur.

POmpa *triumphorum Spolia*, atque *Trophæa* Virorum,
Quos claros titulis bellica fama tulit,
Sunt deſcripta Tibi nuper laudataque Doctis,
Quorum tot plauſus pagina prima refert.
Quid nunc? in *luctu* es, pullatas edere chartas
Mavis, dum *Græcos* plangere ritè doces.
Mox *Oculos claudis*, *vas pulſas*, objicis *offam*
*Cerbero*, & hinc *naulum* portitor ille capit:
Sed mox ante fores luctus teſtata *cupreſſus*,

*Pollinctorque lavat*, nec ſinè veſte
*locat*
In *lecto* functos fato, ſublime *feretrum*:
Quos capit atque *effert*, denique:
*crypta* regit
Anne hæc conveniunt benè? Rumpe-
re gaudia *luctu*?
*Pompa triumphalis* num *tumulanda*
venit?
Non *tumulo* tumulus Victori morte
paratur;
Sed modus hic, * hominem ſe mi-
miniſſe jubes.
Maxima ſic tranſit poſt mundi gloria,
*fumus*
Eſt quicquid *funus* tollerre jure po-
teſt.

* *Vid. de Triumph. pag.* 203.

SAMUEL ANDREÆ

*S. Th. D. & in Acad*
*Marp. Prof. P.*

*Dum*

DUm *lætus* antiquæ *refers* luctum Hellados

*Ego gravis luctu gravi, non lugeo;*

*Sed gratulor* famæ, *altiùs libro novo*

*Se ſe aſſerenti ſeculis, quæ ſerior*

*Videbit ætas.* Faxit Orbis Arbiter!

*Ut finias, privata vita quam parit,*

*Lu..um, meique carminis plauſus novus*

*Te publico lætum celebret munere.*

Sic impigræ mentis labor penſabitur,

Qua dignus eſt, mercede; plena commodis.

HONORI

VIRI

Nobiliſſimi atque Clariſſimi

DOMINI

# JOHANNIS NICOLAI,

POLYHISTORIS EXIMII,

Amici ſui, à multis jam annis æſtumatiſſimi,

SCRIBEBAT

JOHAN. LAURENTIUS CROLLIUS,

*SS. Theol. Doct. & Prof. Publ.*

Ἄλλο.

Τίς βίβλος ἥδε νέα; Περὶ τῶν ἐιν Ἑλλάδι κηδῶν.

Τίς γράφε τήν δε; Σοφὸς Νικολέως παῖς

Τίς

Τίς σκοπός; Ἑλλήνων περὶ νεκροὺς ἤθεα
δεῖξαι.
Τί χρέος; Ἀθάνατον καὶ μετὰ κῆρα
κλέος.
Πλείονα, Νικόλεως, συγγράμματα τοῖα
δὸς ἡμῖν,
Ὡς ἔτι καὶ ζῶν νῦν κλειτὰ βραβεῖα φέ-
ροις.

Εὐφημίας ἅμα καὶ φιλίας ἕνεκα
αὐτοσχεδιάζων προσέθετο
ΓΕΩΡΓΙΟΣ ὌΘΩΝ, δημόσιος
τῶν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ἀνατολι-
κῶν γραμμάτων, ὡς καὶ τῆς
Ποιήσεως Διδάσκαλος.

ASſidua, NICOLAE, manu monumenta revolvis,
Orbis quæ Grajus, quæque Latinus habet.
Sic tereris ſtudio, tibi ſic labentibus annis
Feſtinata tuo vita labore fugit.
Præmia digna tuis quæ fers conatibus? aut quæ
Circumdat meritum laurea digna caput?
Ipede ſed fauſto ſolers! Deus his quoque juſtam,
Qua vireas ſpartam tempore, crede, dabit,
Poſteritaſque canet laudes, quas nulla malorum,
Quamvis ringatur, ſupprimet invidia.

*Ita Eruditiſſimo* DN. NICOLAI *Amico non uni ex multis, librum de Luctu Græcorum edenti accinit*

MAXIMILIANUS PERCELLI, *Hiſt. & Eloq. Prof. Ord.*

IN

# IN NOMINE JESU!

# DE LUCTU GRÆCORUM PRÆFAMEN.

CUm aliquot ab hinc annis Vir Maximè Reverendus MARTINUS GEIERUS, SS. Theologiæ Doctor Famigeratiſſimus & de Eccleſia Chriſti optimè meritus, nunc verò Beatus, Tractatum optimè elaboratum de *Luctu Ebræorum* typis excudi curaverit,

rit, in eoque omnes ritus, qui apud Ebræos uſitati fuerunt, exquiſitè pertractaverit, meritò id quovis gratiarum genere agnoſcit literatorum concio, quia ex illo omnia, quæ in *Funeribus Ebræorum* ſcitu ſunt neceſſaria depromere & in ſuccum & ſanguinem convertere poteſt. Nec minori laude extollendus eſt Vir Doctiſſimus JOHANNES KIRCHMANNUS, qui de *Funeribus Romanorum* elegantiſſimè ſcripſit, qui Tractatus ab omnibus Doctis magni ſemper æſtimatus fuit, cùm in eo recondita

omanorum in lucem protu-
rit. Ita horum Doctiſſi-
orum exemplo motus, *Lu-
um Græcorum* illorumque *Ri-
s funebres* in medium profer-
e & deſcribere propoſui,
ertiſſimè mihi perſuadens,
agnum Rei literariæ emo-
mentum allaturum, ſi Ri-
us hi invicem ſeſe compa-
entur. Optarem itaque &
il magis in votis haberem,
uàm ut hiſce plagulis Le-
toribus ſatisfacere poſſem,
ti Viri prædicti celeberrimi;
idebo tamen quantum hu-
neri ferre poſſint, & labor
on ſit ingratus. Quare ſine
lon-

CAPUT SEXTUM.

De mortuorum ablutione pollinćturâ, & amiculo ferali. 54

CAPUT SEPTIMUM.

De Coronis, quibus corpora ornabantur, tum de lecto, & de Collocatione. 76

CAPUT OCTAVUM.

De ritu efferendi, & portandi Corporis. 92

CAPUT NONUM.

De miniſterio funerarum, & ſiticinum. 100

CAPUT DECIMUM.

De Capillis tondendis in luctu, & imponendis ſuper mortui pectus. 126

CAPUT UNDECIMUM.

De ritu lugendi in funere. 137

CA-

CAPUT DUODECIMUM.

De viâ, per quam efferebatur Corpus, loco, & modo ſepulturæ 162

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De Corporis Crematione ritu Cremandi, loculis, & reliquiis. 171

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

De danariis in rogum Conjectis. 196

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De tumulis, & inſcriptionibus. 212

CAPUT DECIMUM SEXTUM

De inferiis, ſeu ſacrificiis mortuorum 235

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

De Coronandis tumulis & Phyllobolià. 254

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

De orationibus funebribus, ludis, & aquilis. 264

CA-

CAPUT DECIMUM NONUM.

De luſtratione domus funeſtæ. 273

CAPUT VIGESIMUM.

De Epulis funebribus 282

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

De mortuis non maledicendis, &c. Sepulcrorum ſanctitate 292

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

De ſtatn defunctorum poſt mortem. 303

CA



De luctu GRÆCORUM.

# CAPUT I.

# DE ſEPULTURÆ NECESSITATE.

§. I.

PRæmiſſo procemio, me ad ſepulturæ neceſſitatem confero, ubi ſtatim in memoriam mihi revoco oratorem Romanorum optimum *Ciceronem*, qui 
*Topicis* ſuis juſtitiam in tres dividit ſpe-
es, *unam ad ſuperos*, *alteram ad manes*,
*rtiam ad homines pertinentem.* De ſecun-
ſpecie juſtitiæ, ſcil. ad mortuos pertinen-
, antiqui tam religioſam curam habuerunt
ſepulchra tam magni æſtimarunt, ut il-
templa fuerint vocata, & ritus ſepul-
rales à Græcis τὰ νόμιμα æque dicta, ac
Latinis *juſta*, quæ ſunt νόμιμα ex jure
bita ſeu conſtituta. Ita aliquando debi-
m officium ſeu debitæ operæ intelligun-
r per *juſta* : ſed ſpecialiter parentalia,

quæ mortuis parentibus debentur, operationes denicales, τὰ νομιζόμενα. *Juſta* itaque ſunt, ſacra mortuis facere: quod & Græci dicunt ποιεῖσθαι ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι. Lex itaque *Athenis* erat, ut, ſi quis forte fortuna reperiret cadaver, quiſquis etiam eſſet, teneretur illud terra obtegere & dare ceſpitis partem teſte *Horat. lib. I. Od* 28.

*- - - capiti inhumato*
*Particulam dare.*

Audiamus de hoc ritu *Ælianum Var. hiſt. lib.* 5. *cap.* 13. ita ſcribentem: Νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. *Lex hæc inter Atticas ſcripta fuit: Si quis in inſepultum cadaver hominis incidat, ſaltem ei terram injiciat.* Vide *Petitum de LL. Athen.* adde *Sophocl. Schol.* in *Antigon.* ubi de hac conſuetudine, & *Fabium decl.* 5. Πάντως γῆν ἐπιβάλλειν hic eſt, ad minimum aliquos terræ aut pulveris pugillos mortuo injicere prætereuntem. Χυτὴ γῆ dicitur illa paulatim congeſta terra. *Scholiaſtes* in *Sophoclis Antigon.* ubi de hujusmodi mortuo, qui ſcil. ita ſepultus fuit, ait: Οὐ κατὰ βάθος ἦν ἡ ἄμμος. Τοῦτο

δὲ

ἰδὲ ἐπείησεν ὁ θάψας νόμου χάριν. Οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον καὶ μὴ ἐναμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. καὶ λόγος δὲ, ὅτι Βουζύγης Ἀθήνησι κατηράσατο τοῖς περιορῶσι ἄταφον σῶμα. *Non alte terra erat obrutus, ſed obiter injectus pulvis erat, idque fecit legis reſpectu, qui eum ſepelivit. Qui enim mortuum inſepultum videbant, nihilque pulveris illi inſpergentes præteribant, piaculum commiſiſſe videbantur. Ajunt etiam Buzygem devoviſſe eum, qui corpus hominis præteriens inſepultum ſineret.* Quicunque igitur hominis cadaver videbat, & & non terram ſuperinjiciebat, non ſolum transgreſſor legis erat, ſed ἐναγὴς, ſceleſtus, maledictus, devotus & anathema (quid enim cadaver in aëre moraretur, qui id perferre non poteſt?) Putabant etenim quòd Dii inferi ad iram commoverentur, ſi quis in inſepultum hominis cadaver incideret & non ſepeliret illud; timore etenim percellebantur, ne pœnam perpeti oporteret, quam ob omiſſionem debiti promeriti eſſent. conf. *Feithii antiquit. Homer. p. m.* 80. Huc etiam facit ex *Suida* fragmentum Auctoris neſcio cujus: Ἰδὼν ναυηγοῦ σῶμα ἐῤῥιμμένον ἀκηδῶς καὶ ὀλιγώρως

παρελθεῖν ὐκ ἐτόλμησα, ἀλλὰ ἔθαψα τὸν τεθνεῶτα, θέαμα τῷ ἡλίῳ ὐδαμῆ φίλον ἀποκρύπτων ἀνθρωπίνῳ θεσμῷ. *Cum in corpus naufragi temere abjectum inſepultumque incidiſſem, non auſus ſum præterire, ſed mortuum ſepelivi & lege humana ſpectaculum. Soli nequaquam gratum contexi.* In voce ἀκηδής. *Quintil. 6. Inde ignotis quoque corporibus tranſeuntium viatorum collatitia ſepultura, inde injecta ab alienis humus.* *Quintiliani* verba *declam.cit.* de Romanis differentis, proferimus, & ex eo affirmamus, Romanos hanc conſuetudinem optime obſervaſſe; nam, inquit, *ignotis cadaveribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, ut non quantulocunque veneretur aggeſtu.* Et ſi quis debitum hoc omiſiſſet, *porcam præcidaneam* (uti vocant) in ſacrificium *Cereri* offerre cogebatur. vid. *Feſt.c.* 14. Quam rem etiam tangit *Gulielm. Stuck in deſcript. Sacrific. Gentil. fol. m.* 43. *edit. Tigur.* ita literis tradens: *Porca præcidanea*, ut ait *Veranius*, familiæ purgandæ cauſa *Cereri* immolabatur, quod pars quædam ſacrificii ejus fit in conſpectu mortui ejus, cujus funus inſti-

inſtituitur. Sic ſepulturæ neceſſitatem innuit *Sophocles Antigon. p. m.* 248. *edit. Cantabrig verſ.* 248. *ſeq.*

> - - τὸν νεκρόν τις ἀρτίως
> Θάψας βέβηκε. κἀπὶ χρωτὶ διψίαν
> Κόνιν παλύνας, κἀφαγιστεύσας ἃ χρῆν.
> *--Cadaver aliquis jam*
> *Sepeliens abiit, & ſuper corpus aridum*
> *Pulverem ſpargens, & fecit funebria,*
> *quæ oportet.*

Ne verò lex hæc ſolis hominibus videatur lata, Ægyptii de accipitre tradunt, illum non tantùm hominis mortui vicem dolere, verùm etiam jacenti terram inſpergere oculis, quibus Solis lumen ineſſe credunt. *Porphyr.* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων *lib.* 4. *pag.* 54. ex *Plutarcho de Iſid. & Oſir. Servius* in *Virgil.* 6. *Æneid.* Qui de pietatis generibus ſcripſerunt, primum locum in ſepultura eſſe voluerunt. Unde, quum Pontificibus nefas eſſet cadaver videre, magis tamen nefas erat, ſi viſum inſepultum relinquerent. Genus autem ſepulturæ fuerat injectio pulveris. *Philo* de Hebræis ſuis: *Mortuorum ſepulturæ ne intercedas, ſed etiam aliquantulum dicis ſaltem gratia eis ſuperinjice, apud Euſeb. de Præpar. Euangel. pag.*

 358. &

358. & 328. ubi eadem ex *Joſepho* allegata videntur.

§. 2. Nulla e contra major imprecatio in hoſtem erat, quàm ut inſepultus jaceret, & terra non tegeretur, cum mali ac infames ſepultura haut digni æſtimarentur: & tanti antiqui Græci ſepulturam habuerunt, ut cum graviſſime imprecari vellent, imprecarentur: κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός. *Malus male inſepultus excidat terra*, quod habetur apud *Sophoclem v.* 1248, Et in Epigrammate quodam hæc extant: Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον, ἐῶν κυσὶ κύρμα γενέσθαι. *Noli ſepelire inſepultum, ſed canibus prædam fieri permitte.* vid. *Feithii antiquit. Homer. pag. m.* 80. Eadem legimus apud *Sophoclem in Antigon. edit. Cantabrig. pag. m.* 236. *verſ.* 26. *ſeqq.* ubi de mortuo *Polynicis* cadavere hæc profert verba:

Τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
Ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρύχθαι τὸ μὴ
Τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα.
Ἐᾷν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
Θησαυρὸν, εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.

id eſt, *Alterum miſere mortuum Polynis cadaver*

*Ci-*

*Civibus ajunt interdixiſſe, ne*
*Sepulcro tegant, neque lugeat quiſ-*
*quam.*
*Sed ſinant indeploratum, inſepultum,*
*avibus dulcem*
*Theſaurum, intuentibus ad gratiam la-*
*niationis.*

t verſu 195. *pag. m.* 246. iterum in hæc pro-
impit verba, quæ Latinitati data ita ſonant.
*ed fratrem* POLYNICEN, *qui patriam &*
*Deos Penates exul veniens voluit igni in-*
*endere prorſus & voluit fraterno ſanguine*
*turari, & hos ſervos facere; hunc in-*
*erdico civibus ne quiſquam ſepeliat aut*
*ugeat, ſed ſinat inſepultum corpus avibus*
*& canibus edendum contumelia affectum.*
*Hæc eſt mea ſententia: nunquam a me ho-*
*ore afficientur improbi, qui probis compe-*
*it.* Ex quibus ſane conſtat, maximæ im-
robitatis ſignum fuiſſe, ſi quis inſepul-
us maneret. Et ut res clarior evadat, *He-*
*or* apud *Homerum* mihi videtur ante ocu-
os verſari, qui flexis genibus *Achillem*
recibus rogabat, qui jam jam eum con-
odere paratus erat; & *Ajax*, Jovem im-
lorans, (priuſquam enſe transfoderetur)
e permittere velint, ut corpora animabus

 effla-

efflatis inſepulta relinquerentur, quo a canibus & avibus devorarentur.

§. 3. Hinc factum eſſe puto, quod priſci naufragium timerent, & mortem in mari perpeſſam, quia nunquam terræ mandati poſſent.

*Demite naufragium & mors mihi munus erit,*

canit *Ovidius*. Cum igitur mari ſe committerent, & exorta tempeſtate timerent, ne vita privarentur (nam uti loquimur anima efflata corpus etiam amittitur) mos & conſuetudo erat, ut pecuniam corporibus annecterent & vinculo quaſi conjungerent in mercedem ſeu honorarium illorum, qui cum ejicerentur, illa ſepelirent. Id quod confirmat *Syneſius* in quadam epiſtolarum ſuarum his verbis: φέρειν δεῖ τιμὴν ἐντάφιον τὸν ἐκ ναυαγίου νεκρόν· ὁ δὲ περιτυχὼν καὶ κερδάνας νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδώσασθαι τῷ χαρισαμένῳ πολλαπλάσιον. Porro ſi corpora non modò inſepulta relinquebantur, vel non juſto tempore, quamprimum erat poſſibile, terræ mandabantur, illa reputabantur μήνιμά τι τοῦ νεκροῦ, ac ſi MANES offendiſſent. Econtra ſi absque mora terræ mandabantur, μει

λιγμά

λιγμά τι τοῦ νεκροῦ putabant, quod MANIBUS benefeciſſent. Duo hæc vocabula uſurpata leguntur apud *Scholiaſten* in *Homeri* verba *Iliad.* 7. -- ἐπεί κε θάνωσι, πυρὸς μειλισσέμεν ὦκα. ubi *Patroclus* cum *Achille* verba feciſſe dicitur ob moram & dilationem ſepulturæ. Cur autem Græci citiſſime ſepeliri voluerint, hæc eſt ratio, quia putarunt, quod animas, quarum corpora nondum ſepulta eſſent, non admittat tranſvectandas ſeſquiſenex inferni portitor. Qua de re *Patrocli* anima *Achillem* in omnis juſta popoſcit his verbis *Iliad.* ψ. quæ ex verſione *Sebaſtiani Caſtalionis* ita ſonant:

*Supervenit autem anima Patrocli miſeri,*
*Omnia ipſi magnitudineque & oculis pulchris ſimilis,*
*Et voce, & tales circa corpus veſtes indutus erat.*
*Aſtitit autem ſupra caput, & ad ipſum verbum locutus eſt:*
*Dormis, & mei oblitus es, Achilles?*
*Non quidem me viventem negligebas, ſed mortuum:*
*Sepeli me quam citiſſime, portas Plutonis ut intrem.*

*Longe me abigunt animæ ſimulachra mortuorum,*
*Neque me aliquo modo miſceri aliis trans flumen ſinunt:*
*Sed incaſſum erro per latas portas habentem Ditis domum.*
*Et mihi da manum, ut lugeam: non enim amplius iterum*
*Veniam ab inferis, poſtquam me rogo tradideritis.*

Inde etiam *Virgilius -- Hi, quos vehit unda, ſepulti:*
*Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta.*
*Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.*

Et hoc ab Hebræis hauſerunt Græci teſte Anglo *Windet in tractatu de vita functorum ſtatu, edit. Londin.* 1677. *pag. m.* 17. ubi ex *Bar Nachman* in *Bereſhith Rabba*, *c.* 22. refert, caveri prorſus, necubi animæ in שאול penetrent, quarum corpora nondum fuerint ſepulta.

§. 4. Per triduum itaque mortuos ante lugebant, quam juſta perſolverent, uti conſtat ex illo *Apollonii Rhodii l.* 2. *Argonaut. verſ.* 839. ubi *Lyci* deſcribens funus ait:

Ἦμα-

Ἦμος δὲ τρία πάντα γόων, ἑτέρῳ δέ μιν ἤδη
Τάρχυον μεγάλωστί. συνεκπερέϊζε δὲ λαὸς
Αὐτῷ ὁμοῦ βασιλῆϊ Λύκῳ.

l eſt, *Ipſumque adeo triduum in luctu erant: quarto demum die iſtum*
*Funerarunt magnifice. Populus vero ivit exequiatum*
*Una cum Lyco Rege.*

ic de triduana quoque elatione ſtatuit *lato in XII. de Legib. fol.* 693 *Elationes utem non breviori vel longiori tempore in- s fiant, quam vere mortuus ſignificari cog- ſcique poſſit. Ac ut humana ſe habent, iduana elatio ad ſepulchrum mediocris vi- tur* Et in his *Græci* cum *Hebræis* conve- unt, qui non niſi tertio die mortuos ſepe- bant, uti *Beresh. Rabba, fol.* 114.3. refert. raditio *Ben Kaphræ*: *Summus vigor luctus n eſt niſi die tertio. Tribus diebus ani- a vagatur circa ſepulchrum, expectans ut deat in corpus. Cum vero videt, quod mutetur aſpectus faciei, recedit & relin- it corpus. Jevamoth fol.* 120, 1. & *May- nid. in Gerushin. cap.* 13. *Non teſta- r de mortuo, niſi intra tres dies poſt ejus tem aut mortem. Poſt tres autem dies n teſtatur de eo, quia aſpectus vultus ejus*

 *mu-*

*mutatur.* Ab his receſſerunt *Romani*, qui ſeptimo vel alio die efferebant mortuos teſte *Johanne Kirchmanno de funeribus Romanor. lib.* 2. *pag. m.* 119. *ſeq. edit Brunſvic.* 1661. *cap.* 1. Veruntamen haud ſemper obſervatum eſſe triduanum illud tempus, ſed ſæpe prolongatam elationem, conſtat vel ex *Hectoris* funere, quod deſcribitur *Iliad.* ω. *v.* 785. ubi *diei decimi* mentio fit:

Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη φαεσίμβροτος ἠώς,
Καὶ τότ' ἄρ' ἔξεφερον θρασὺν Ἕκτορα δάκρυ χέοντες.

*Cum jam decima apparuit lucens mortalibus aurora,*
*Tunc extulerunt audacem Hectorem lacrymantes.*

Itaque veriſimile non videtur, quod *Alexander ab Alexandro lib.* 3. *c.* 7. arbitratur, corpora mortua ſeptemdecim dies totidemque noctes ſervata fuiſſe domi, priusquam conderentur in ſepulchro. Verba ejus *pag. m.* 617. *edit. Lugd. Batav* 1673. hæc ſunt: *Græcis vero ſeptendecim diebus corpora, antequam cremarentur, totidemque noctibus ſervare mos erat.* Id quod

quod ex *Homero* hauſiſſe videtur, qui *lib.* 24 *Odyſſ.* tradit, *Achillis* mortui corpus XVII. diebus & noctibus deſletum & XVIII. die crematum. Verum fallitur *Alexander*, inductus in errorem, quod *Homerus* ultimo *Odyſſ.* ſcripſerit, totidem diebus *Græcos Achillem* luxiſſe, antequam ſepelirent. Illud vero *Homerus* notat, ut quid novum & more vulgari non receptum, in exaggerationem doloris totius Græciæ ob mortem tanti Herois. confer *Franciſc. Rous Archæolog. Attic. lib.* 5. *cap.* 16. *pag. m.* 236. *edit. Oxford.* 1658. ubi ita ſcribit: *Houw true it is wich one ſaies,* (Alexandrum ab Alexandro intelligit) *that the bodies were kept fourteen daies and fourteen nights, before they were burried, i doe not yet finde.* Lat. *Nondum mihi occurrit in ullo ſcriptore veritas illorum, quæ quidam aſſerit, nimirum cadavera quatuordecim diebus & totidem noctibus ſervata fuiſſe, antequam terræ mandarentur.*

# CAPUT II.
## DE
# TER VOCANDA ANIMA ET DE CENOTAPHIIS.

§. I.

PRoxima felicitas ſepulturæ erat, ut quivis in propria ſua terra & regione ſepeliretur. Cum itaque accideret, ut vir à propriis laribus remotus, mortem obiret, & agnati ad eum venire non poſſent, moris erat, ſolenni & frequenter repetita invocatione TER nominando eum *citare*, ἀνακαλέσασθαι τὴν ψυχὴν, MANES TER VOCE VOCARE, & (ſi ita loqui licebit), alta voce ter animam revocare, quam celerrime ad illos properare putabant. Confecto itaque tumulo, ſupra eum adſcendebant atque inde TER ſonora voce ipſorum defunctorum animas accerſebant. *Euripides* in *Oreſte* :

Me-

Μελίκρητον ἄφες γάλακτος οἰνωπόντ' ἄχνην

καὶ σὰς ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε.

id eſt, *Muſumque ſparge lactis atque nigricantem aſperginem*

*Tumuloque ſummo ſtans loquere talia.*

Apud *Homerum Iliad.* ψ *verſ.* 221. Animam vocans *Patrocli Achillis* introducitur. Ita etiam *Virgil. lib.* 3. *Æneid.* teſtatur:

*--- in luco falſi Simeontis ad undam*
*Libabat cineri Andromache, Manesque vocabat*
*Hectoreum ad tumulum.*

Idem eodem *lib.* 3. *Æneid.* ubi *Polydori* funus deſcribit, ait:

*Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,*
*Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulcro*
*Condimus & magna ſupremum voce ciemus.*

Per *ſupremum* intelligit illas voces *Plautinas*: VALE, SALVE. acerbum funus autem, apud ORCUM TE VIDEBO. Et plerumque hoc faciebant iis, qui in peregrina terra mortui erant, uti animadvertit *Tzetzes Chil.* 5. *Hiſt.* 14. ita ſcribens, cujus verba Latinis his exprimemus:

*Olim*

*Olim morientes in terra aliena* TER
*evocabant,*
*Qui ſimul peregrinabantur cum ipſis,*
*Ut Homerus docuit in libro Odyſſeæ.*
*Hoc autem faciebant velut memores exiſtentes amicitiæ:*
*Atque ita ſi relictus quis eſſet, ad vocem concurrebat.*

Quod ſi vocatæ animæ ad exequias accedere detrectaſſent, inter mortuos illi homines non recenſebantur. Hinc *Virgilius lib.* 3. *Æneid.*

*Spemque metumque inter dubii, ſeu vivere credant*
*Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos.*

*Pindarus in Pyth. Od.* 4. dicit, quod, cum *Phrixus* Athamantis filius teſte *Eduard. Simſon. Chron Cathol. part.* 1. *fol. m.* 26. in *Colchide* diem ſupremum obiret, deſideraverit, ut *Pelias Salmonei* ex filia nepos, teſte citato Scriptore *anno* 2596. hoc officium peragat pro illo -- κέλεται γὰρ ἑὰν
Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος

Ita quoque *Ulyſſes* poſtquam apud *Cicones* ſexaginta & duodecim ſocios amiſiſſet, ſuarum partium eſſe duxit, hunc obſerva-

e ritum, uti *Homer.* ſcribit *Iliad.* 3. & TER alta voce clamavit-τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι. *o give a hoop for every one three times,* Lat. *pro unoquoque ter alta voce clamare.* quemadmodum *Theocritus de* HYLA, τρὶς μὲν Ὕλαν ἄϋσαι. In *Virgilio* bis modo extat:

> *-- Hylam nautæ quo fonte relictum*
> *Clamaſſent, ut littus, Hyla, Hyla, omne ſonaret*

Ubi *Deſider. Heraldus adverſ. lib.* 1. *c.* putat ter legendum HYLA. Et ſine dubio his gaudium indicare voluerunt, quod crederent, corpora illorum in propria regione ſub terra appuliſſe; uti quidam Judæorum arbitrantur, quod illorum animæ ſtatim poſt obitum in terra *Canaan* eſſent. Id quod Græcorum opinioni conſonum eſt. Audiamus Hebræorum opinionem in *Targum ad Cantic. VIII,* 1. *Cum reviviſcent mortui, inquiunt, dirumpendus eſt mons Olivi, atque omnes mortui Iſraëlis inde exituri: etiam juſti iſti, qui mortui ſunt in captivitate, convolventur NB. ſub terra & exituri ſunt ſub monte Oliveti.* En accuratam convenientiam Græcorum cum Hebræis. Licet igitur quidam hoc crediderint;

rint; attamen multi illorum bene novérunt, quamvis clamoribus totum explerent aera ad revocandas animas, hoc nihil ad propoſitum conducturum. Audiamus quendam in *Ariſtophan. Ranis* de mortuis loquentem: Οἷς δὲ τηλοῦ λέγοντες ἐξικνούμεθα. *tam procul abierunt*, οἴχονται. ubi τὸ οἴχεσθαι, *abire*, uſurpatur pro mori, uti loquimur: *Hic homo mortuus eſt, abiit.* Er iſt hingegangen / ut clamoribus revocari nequeat.

§. 2. At hic porro quæritur, an non alius modus haberi poſſit honorandi homines, cum cadaver tangi non poteſt. Ad hanc quæſtionem reſpondemus, quod ſæpius apud *Græcos* inanes tumuli & a cadaveribus vacui ſtructi fuerint, quæ monumenta κενοτάφια, *cenotaphia* vocarunt, ubi homines in effigie tantum humabantur, quod κενοταφεῖν proprie ſignificat, veluti in *Eurip. Helen. v.* 1562.

Ὃν Τυνδαρὶς ἥδ᾽ ἀπόντα κενοταφεῖ

Erat igitur Cenotaphium, uti refert *Thom. de S. Quercu*, *a monument or repreſentation in the Church of the dead, as they do at the month, or years end, called an hearrſe; an empty tomb erected for the dead. Lat.* Mo-

*Monumentum aut vana exhibitio mortuorum in Templo, ut ad finem vel menſis vel anni ſolent facere, dictum inane ſepulchrum erectum in honorem mortuorum* A κενὸ, *vacuus*, & ταφὴ, *ſepulchrum*, funus imaginarium. conf. *Martin Lexic. Etymol.* in voce *Cenotaphium.* *Scholiaſtes* in eundem *Euripidem* in *Hecuba* plenarium exhibet teſtimonium de hac conſuetudine, ita diſſerens: Εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες τῷ εὐκλεεῖ τὰ καθεθώματα, κἂν ἐπ' ἄλλῃ τῇ γῇ ταφέντι, ὥστε τὸ κενοτάφιον εἰς τὸ ζῆν τὴν μνήμην. *Licet corpus in alia terra ſepultum eſſet, attamen ad conſervandam ejus memoriam in vacuo ſepulcro ſepelire volebant.* *Nonnus* cenotaphium vocat κενήριον ab ἠρίον, quod *ſepulchrum* notat. Ejuſmodi ſtructura communiter Græcis in bello cæſis erigebatur teſte *Homer. Iliad.* 8 ſiquidem oſſa ſeparatim locata, quo quiſque domum reverſus ea transportaret. Et vacuus ille fuit *Patrocli* tumulus *Iliad.* 23. quando ejus oſſa fuerunt repoſita in *Achillis* tentorio. Sed & abſentibus prorſus mos erat celebrare exiquias tumulis erectis. Id facere jubet *Telemachum Pallas*, ſi patrem audiat mortuum. *Odyſ.* 1. Similiter *Menelaus* in

*Ægypto*

*Ægypto Agamemnonis* fratris morte. Quod ipſum præſtitit *Deiphobo Æneas. Virgil. 6. Æneid.*

*--- tumulum Rhœteo in littore inanem*
*Conſtitui* &c.

Licet hic animadvertere in amicum defunctum Æneæ pietatem, qui non aliis ejus exequias commiſit, ſed ipſe per ſe ipſum eas celebrare voluit, luctu ac tumulo *Deiphobi* honorans memoriam extincti. Obſervavit hoc *Donatus* ſimulque fidelem veri amici animum commendavit: *Erexi*, inquit, *honoris tui cauſa tumulum ſine funere, quia confuſus fuiſti corporibus hoſtium, nec inquiſitus reperiri poteras, nomen tamen tuum vocavi ſolenniter.* Omnino etiam moris fuit, uni eidemque homini defuncto varios tumulos variis ſtatui in locis, præſertim ab iis, qui genere eſſent propinquiores, aut inſignioribus meritis obnoxii, uti luculenter docet *Dionyſ. Halicarnaſ. lib.* 1. *antiq. Rom.* Ita *Ovid. lib. 6. fab.* 8. *Progna Philomelæ* inane ſepulchrum conſtituit.

§. 3. *Cenotaphia* etiam erigebantur doctis de republ. literaria bene meritis, uti teſtatur *Johannes Meurſius de præcipuis Athena-*

*…narum Antiquit. lib.* 1. *c.* 2. *edit Lugd. …tav.* 1624. *pag. m.* 5. ubi hæc leguntur …rba: *E Piræeo in urbem adſcendentibus …ta viam eſt Menandri monumentum & …ripidis* cenotaphium. & de *Euripidis* cenotaphio *Thomæ* Magiſtri locus eſt, in …s vita: Ἐτάφη μὲν ἐν Μακεδονίᾳ, κενο…ϕιον δὲ αὐτοῦ Ἀθήνῃσι γέγονε. ἐφ' οὗ ἐπίγραμ… Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς, ἢ Τιμόθεος …μελοποιὸς, τάδε.

Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου, ὀστέα
δ' ἴσχει
Γῆ Μακετῶν, ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
Πατρὶς Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθᾶναι. πλεῖστα
δὲ Μούσας
Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει. –

*…pultus quidem eſt in Macedonia, ceno…phiumque ejus Athenis factum eſt; in quo …hucydides hiſtoricus, ſive Timotheus poeta …c inſcripſit:*

*Euripidis monumentum eſt Græcia tota;*
*ſed oſſa,*
*In qua exſpiravit, terra tegit Macetum:*
*Patria at Helladis Hellas Athenæ. Plu-*
*rima Muſis*
*Grata canens, laudes undique nactus*
*habet.*

§. 3.

§. 3. Athenienſes omnibus, qui nau-fragio perierant, Cenotaphia exſtruebant:

Ὡς δὲ θανόντα σ᾽ ἐναλίον κενῷ τάφῳ
Θάψαι. ſcribit Poëta, *Helenæ* maritum indicans, de quo *Euripides* in *He-lena, pag. m.* 863 *edit. Francofurt.* 1562.
Operæ igitur pretium eſt, hiſtoriam legere & cognoſcere, quem tumulum mulier He-lena excitarit, & quam occupata fuerit ſollicite feretro veſtimenta imponendo, ac ſi corpus ipſum præſens eſſet, utque floribus illud exornaverit, & hoc facto eduxerit ad mare atque detruſerit. Si non mo-leſtum erit, ipſa verba, quæ inter *Theocly-menum* & *Helenam* facta ſunt, producam. *Hel. Volo maritum meum defunctum ſepelire. Theocl. Quid eſt ſepultura abſentium? an ſepelies umbram? Hel. Mos eſt apud Græ-cos, qui in mari mortuus fuerit. Theocl. Quid facere? Græci ſunt ſapientes in tali-bus rebus. Hel. Sepelire in vacuis texti-tunicis. Theocl. Fac funus, excita tumu-lum, ubi vis, in terra. Hel. Non ſic ſepeli-mus naufragos. Theocl. Quomodo igitur? ignoro leges Græcorum. Hel. Exportamus in mare, quæ convenit mortuis. Theocl. Quomodo ſepelitis mortuos, qui in mari*

*peri-*

*crierunt? Men. Prout ſunt uniuscujusque facultates. Theocl. Dic, quod ad ſumtus attinet, quicquid voles, propter hanc accipies. Men. Primum mactatur ſanguis mortuis. Theocl. Cujus? tu indica, ego parebo. Men. Tu ipſe ſtatuito: ſufficient, quæ dederis. Theocl. Apud Barbaros mos eſt, equum aut taurum. Men. Si vis aliquid dare, nihil genoroſo indignum. Theocl. Non parcemus iſtis in noſtris gregibus. Men. Et afferte lectum ſtratum ſine corpore. Theocl. Fiet, quid præterea afferre mos eſt? Men. Arma ænea: nam fuit bellator. Præterea omnia pulcra germina nata e terra. Theoc. Quomodo in fluctus illa demittitis? Men. Nunc oportet adeſſe & gubernatores remorum. Theocl Quantum ſpacii arcet claſſem a terra? Men. Ut vix conſpici poſſit a littore fluctus circa navem. Theocl. Quare hunc honorem colit Græcia? Men. Ne fluctus ejiciant hoſtias ad littus.*

§. 4. Si quis autem in prælio commiſſo occubuiſſet, & corpus non reperiretur, tunc magna pompa in *Ceramico* ſepeliebatur, ita tamen ut feretrum inane & vacuum ferretur. *Ceramicus*, teſte *Suida vol. m.* 429. locus Athenis erat, ubi *Græ-*

*ci*

*ci* bello peremptos ſepeliebant & funebres orationes habebant, ut *Monocles* & *Calliſtratus* in ſcriptis de Athenienſibus tradunt, ſtatuis paſſim erectis & epitaphiis ſplendidiſſimis, quæ, quo quique loco occubuiſſent, indicarent. Audiamus etiam *Tiraquell. in Annot. ad Alexandrum ab Alexandro Genial. dier. lib. 4. pag. m.* 1228 *edit. Lugdun. Batav.* 1673. ubi ex *Diogene Laërtio* in *Zenone Cittieo* de ſepultura ejus loquens ſcribit: *Athenienſes*, ait *illum in Ceramico ſepelierunt, decretiſque honorarunt, virtutis illi teſtimonium addentes.* Ita etiam *Plin. lib.* 36. *c.* 5. ubi tradit Athenis in Ceramico ſtatuas & ſimulacra Praxitelis eſſe. *Pauſan. lib.* 1. quæ de Atticis eſt, recenſens multorum clarorum virorum ſepulturas, ſcribit, in Ceramico, urbis via, fictiles aliquot ſtatuas eſſe, ut *Theſei Scironem* in mare abjicientis, & *Auroræ Cephalum* egregia ſpecie juvenem rapientis. Juvat tamen etiam ex *Thucydide lib.* 2. locum adſcribere, unde conſtet, quo pacto ii, qui in bello occubuerant, ſepeliri apud Athenienſes conſueverint. Neque enim omnes hunc locum ſciunt, citatum licet à *Samuele Petito in le*

*Atti*

*Attic.pag.m.* 501. & *Johann. Meurſio Ce-um. Gem. c.* 23. *Athenienſes patrio inſtitu- condunt eos publice, qui hoc bello primi cubuerunt. Inſtitutum eſt hujuſmodi. Tri-uo antequam efferatur funus, tabernaculum ciunt, ſub quo oſſa defunctorum proponunt. nuſquiſque interim ſuis inferias affert, quas velit. Dies efferendi funeris cum nit, currus advehuntur cum loculis ex preſſis factis, ſingulis ex ſingulis tribubus. Hs impoſita ſunt oſſa earum tribuum, ex ibus quiſque fuerit. Unus autem lectus cuus fertur, ſtratus eorum cauſa, qui venti non ſunt, nec tolli potuerunt.* conf. *Anthon. Borremanſ. var. Lect. pag. m.* .. *edit. Amſtelod.* 1676. Quid igitur us, ut plura proferamus, cum tritum commune fuerit hoc, teſte *Ovidio lib.* 1. *Metam.fabul.* 10. ita canente:

*Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.*

ui itaque plura deſiderat, evolvat *Kirch-annum de Funeribus Romanorum pag.m.* 3. *ſeqq.* ubi plura de Cenotaphiis re-rict.

# CAPUT III.

## DE CLAUDENDIS OCULIS, PULSANDIS ÆNEIS VASIS, AMICIENDO CORPORE ET DE OSCULO.

§. I.

INitio proximiores morientis lecto aſſi debant, cum jam deficere videretur & denaſci, ut ait *Varro lib.* 4. *de Lingua La tin.* ἀπογίνεσθαι, ignemque amitteret atqu frigeſceret, quo ultima verba attentior exciperent. vid. *Jacob. Guther. lib.*1. *d jure Manium, cap.* 12. *pag. m.* 73. *ſeq.* T ſtimonium in hanc rem extat apud Home *Iliad.* 10. *v.* 746. 747. 748. Mox ite proximior, ut mater, ſoror, ſpiritu morientis excipiebat, & moriens nomi proprio magno clamore vocabatur. *Guthe* rurſus *lib.* 1. *c.* 13. *pag.* 78. Tum & m rientis claudebant oculos. Uſu receptu fri

fuit apud *Græcos*, *Judæos* & *Romanos*, ut, cum homo animam efflaſſet, ſeu illius Sol, ut loqui ſolebant, occidiſſet, ἅλιον ἄμμι δεδύκειν, parentes oculos clauderent teſte *Homero Iliad. XI. fol. m.* 210. *edit. Baſil.* 1583.

Ἆ δεῖλ' οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ &c.

*Non quidem tibi pater & honoranda mater*
*Oculos claudent mortuo.*

confer *l.* 24. *Odyſſ.* Sæpe etiam accidebat, ut proximis ſanguine junctis hoc munus concederetur, & Græci vocabant hoc σύγκλεισειν τοῦ ὄμματος. *Plin. lib.* 11. *c.* 37. *Morientibus*, inquit, *oculos operire, rurſuſque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu ſacrum eſt, ita more condito, ut neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cælo non oſtendi nefas.* Eoque ſpectat illud *Virgil.* de matre *Euryali* ipſius cædem deplorantis, *Æneid.* 9.

---- *nec te tua funera mater*
*Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.*

Ibi *Donatus* interpres ait id moris fuiſſe. Illudque *Ovidii* in epiſtola *Penelopes* ad

*Ulyſſem* Deos rogantis, ut *Telemachus* utri-
uſque oculos claudat:

*Dii precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis*
*Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

Et in epiſtola *Ariadnæ* ad *Theſeum*:

*Ergo ego nec lachrymas matris moritura videbo,*
*Nec, mea qui digitis lumina condat, erit.*

Quando autem hæc ceremonia a cognatis peragebatur, tanti æſtimabatur, ac ſi magna infelicitas eſſet, tali in loco diſcedere & mori, ubi amici morientes non præſentes eſſe poſſent ad perficiendum hoc officium, uti *Ulyſſes* loco antea citato dixit. Id quoque etiam confirmat *Plutarchus* ita ſcribens, eos vulgo *infelices* vocari, quorum oculos propter abſentiam non potuerunt parentes obtegere. Hunc ritum Græci vocabant καθαιρεῖν, συγκλείειν τοὺς ὀφθαλμούς.

§. 2. Uxores igitur maritis oculos condidiſſe conſtat ex *Homero*, qui in *Necyia* fingit *Agamemnonem* querentem de officio hoc ab uxore ſua *Clytemneſtra* neglecto. Verba ejus ad *Ulyſſem* hæc ſunt: *Neque mihi eunti ad Plutonis domos voluit manibus oculos comprimere, neque os componere*

*re.* Idem Homer. *Odyſſ. ω. fol. m.* 334.

Οὐδ' ἄλοχος πολύδωρος ἐχέφρων Πηνελόπεια
Κώκυσ' ἐν λεχέεσσι φίλον πόσιν, ὥς ἐπέοικεν,
Ὀφθαλμοὺς καθελοῦσα· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

eſt. *Neque uxor multum dotata prudens nelope ploravit in lectis dilectum maritum, ut decet, oculos illius claudens: hic enim honos mortuorum.* Itactiam patres liberum oculos claudebant: hinc *Polynices* matrem apud *Euripidem Phœniſſ.* interpete *J. Guilielmio,*

*Jam claude, mater, oculos mihi manu tua,*
*Simul oculis & ipſis imponit manum.*

ujus ritus cauſam explicat *Bion* apud *tertium lib* 4. qui in hæc prorumpit ver-, *Facilem eſſe ad inferos viam clauſis ocu- illuc ire.* conf. Turneb. *Adverſ. lib.* 3. *m.* 1152. *edit. Baſil.* 1581.

§. 3. Nullum itaque dubium eſt, quin *æci* ritum hunc ab Hebræis habuerint. am Hebræi teſte *Menochio lib.* 8. *de Rebl. Ebr. cap.* 4. *quæſt.* 1. hoc munus caſimis propinquis imponunt, morientium mina claudere. vid. B. D. *Gejer.* tract. *luctu Ebræor. pag. m.* 50. De oculis clau-

 dendis;

dendis, inſufflando vinum in demortui nares, &c. vid. *Joh. Selden. de Synedr. Ebr. pag.* 359. *edit. Londin.* Præſtitit id officii patri *Jacobo Joſephus* filius *Geneſ.* 46. 4. ubi Anglus legit: *And Joſeph ſhall put his hand upon thine eyes.* Lat. *Et Joſephus oculis tuis manum ſuam admovebit.* quæ verba *Henry Ainſworth* ita explicat *fol. m.* 156. *edit Londin. Shall cloſe up thine eyes, when thou dyeſt.* Lat. *Tuos oculos claudet, cum obieris.* vid. de ritu hoc *Maimonid. in Miſ. tom.* 4. tract. *de luctu. c.* 4. *ſect.* 12. De Romanorum conſuetudine oculos claudendi, quæ uſitatiſſima erat, videndus *Kirchmannus de funeribus Romanorum, cap.* 6. *pag. m.* 43. *ſeq. edit. Brunſvic.*

§. 4. Hic autem obſervandum venit, quod ſi vir ſubitanea morte raperetur; ἀνέκειτο (ſcribit *Scholiaſtes* in *Homer. Iliad.*) id *Apollini* tribueretur; ſi vero mulier vi repentinæ mortis ſublata eſſet, *Dianæ.* Neſcio vero, an mihi in medium hic proferre liceat, & recenſere ea, quæ *Scholiaſtes* quidam in *Theocritum* refert, quod ipſo morti tempore moris fuerit, *æneis vaſis* magnum excitare tumultum ad fuganda terricula menta ſeu ſpectra & Furias ab anima abigendas: nam hoc genus ſoni ait

ſpec

ſpecialem virtutem & effectum habere ad repellendas illas. Verba ejus apud *Franciſ. Rous Angl. in Archæolog. Attic. lib.* 5. *cap.* 19. *pag. m.* 241. reperiuntur: *For ſuch a kind of ſound [he ſaies] is* καθαρὸς & ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων, *of a ſpecial virtue for ſuch effects.* Lat. *Nam hoc genus ſoni (inquit ille) ſpecialem virtutem habet ad hujuſmodi effecta producenda.* Putabant enim *Græci*, *bivium* eſſe, & animas a Furiis actas ad ſiniſtram partem facile deduci poſſe. Quo reſpexit *Virgil.* ita canens:

*Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas:*
*Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit,*
*Hac iter Elyſium nobis: ſed læva malorum*
*Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.*

Ne autem animæ non rectam *bivii* partem carperent, utrique coloniæ tam *Bonorum* quam *Malorum* deducendæ ductores ſtatuunt. Quo itaque animæ ad dextram ducerentur, *Furias* tinnitu hoc repellere conabantur, ne ad Tartara mitterent eas, quo a lictoribus Furiis rapi credebantur.

De his *Gobrias Magus in Axiocho.* Qui vitam male agendo tranſegerunt, aguntur a *Furiis* ad *Erebum* & *Chaos* per Tartarum: ubi impiorum locus & *Danaidum* hydriæ perfluentes & *Tantali* ſitis, & *Tityi* viſcera & *Siſyphi* irrito conatu volutus lapis, qui a fine iterandi initium laboribus ſumit. Illic a feris appetuntur & Dirarum lampadibus perpetuo aduruntur omnimodiſque plagis cruciati æternis ſuppliciis torquentur.

§. 5. Verum enim vero mihi potius perſuaderem hanc ob cauſam id factum, ut certo ſcirent, an vere mortuus eſſet, uti apud Romanos *Conclamatio* in uſu erat. Interdum enim accidebat, ut illi, qui mortui videbantur, iterum vitam reciperent, vid. *Kirchman. de funer. Roman. lib.* 1. *pag. m.* 104. *ſeq. edit. Brunſvicenſ.* Quo igitur experirentur, an ſomno obrutus jaceret, an vero animam efflaſſet, tumultum hiſce vaſis æneis excitabant, ut ſi dormiret, expergiſceretur. Imo ut *Panciroll*, & ad eundem *Salmuth lib.* 1. *rer. memor. pag.* 335. 338. obſervavit, ſeptem dies ſervabantur apud Romanos, & per intervalla quoque conclamabatur, eo quod, tradente *Plinio*, inter-

interdum ſpiritus vitalis excluſus putetur & homines fallat; clamore autem & voce ſonora deliquium animi patientes velut animentur. unde illud *Terentii*: *Deſine, jam conclamatum eſt.* Poſt ultimam conclamationem demum cadavera comburebantur, quam in rem videſis *Kornmannum pag. 7. de miracul. mortuor. c. 56.*

§. 6. Oculi operculo tegebantur & facies linteolo, & quidem a proximis ſanguine junctis. Nam *Hippolytus agonizans* patrem vocat, ut hoc officium in ſe recipiat, *Euripid. Hipp.*

Κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις.

*Tegito faciem meam quam celerrime veſte.* Alias πέπλον etiam *ſudarium* vocatur teſte *Syro* in *Luc. cap.* 19. qui per linteum reddit. In Targum pro מטפחת, *peplum*, & מכסות, *velamen.* Elias in Methurgemam exponit צעיף או מין בגד ב ל״א מוך, id eſt, *peplum aut ſpecies veſtis.* In lingua Germanica tuch, quod Belgice *doek* dicimus. Id ipſum eſt, quod *linteum* Syrus dixit. Notum illud Rabbinorum קנין כודר, *acquiſitio quæ fit per linteum.* de qua vide *Thiſbi Eliæ* in voce קנין. de *Dieu.* Adi etiam notata *Wallæi* in *Joh.* 10. 17. ubi

plura legi poterunt. Tota igitur cura hæc ad parentes ſeu conſanguineos pertinebat. Quare *Caſſandra* in *Euripide* conditionem *Trojanorum* feliciorem æſtimat, quam aliorum *Græcorum*, quod domi inter amicos illis mori liceret, a quibus amiciri poſſent. Si igitur *pater* vel *mater* moreretur, liberis hoc officium proprium erat. Itaque *Medea* liberis enarrat, quod firmiſſima ſpe lactetur, illos hoc facturos eſſe. *Euripid. Med. v.* 1036. Id quod *Oreſti* apud Scythas morienti moleſtum eſſe videbatur, quod longe domo abeſſet, quam ob rem exclamabat apud *Eurip. Iphigen.*

Φεῦ πῶς ἄν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν;
*Ah! quomodo mea ſoror me tegere (amicire) poterit?*

§. 7. Denique defunctis oſculum dabant Græci, uti *Ariſtophanes* ἀπὸ τῶν Βαλβίδων affirmat. Cum jam omnis vitæ ſpes in ægro decolaſſe & anima in ſummo quaſi ore verſari videretur, jam jam e corporis hoſpitio emigratura; amici & ſanguine proximi, qui aderant, morientem ſolebant oſculari, & corpus ejus amplecti, donec animam exhalaret. Moribundis, quin & jam mortuis oſcula fixiſſe veteres, a viris doctiſſi-

mis eſt traditum. vide *Kirchman. de Funerib. Roman. lib.* 1. *c.* 5. *Quenſted. de Sepultur. veter. c.* 5. *Alexand. ab Alexandr. lib.* 3. *c.* 7. & ibi *Tiraquell.* Sed urnam, qua mortuorum reliquiæ condebantur, oſculo exceptam nemo præter *Herodianum*, quod ſcio, hactenus narravit. Is *lib.* 4. *c.* 1. ſic habet: *Poſt ſequebantur conſules, urnam cum Severi reliquiis geſtantes. Qui autem novos Imperatores conſalutaverant, urnam quoque ipſam ſupplices adorabant.* Quod autem veteres moribundos & mortuos oſculati fuerint, teſtatur *Scriptura Sacra, Geneſ.* 50. *Joſeph ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum.* ubi Anglus: *And Joſeph fell upon his Fathers face and kiſſed him.* Lat. *Et Joſephus ſuper faciem patris cecidit, illumque deoſculatus eſt.* Oſculabantur veteres ægrotos morituros & adhuc in vicinia mortis verſantes, unde *Auguſtus*, ut refert *Sueton. lib.* 2. *c.* 99. *repente in oſculis Liviæ & in hac voce defecit, Livia noſtri conjugii memor vive ac vale.* Et *Auſon. in Parental.* 13. de morte *Dryadis* loquens, ait:

*Illa manus inter genetricis & oſcula patris*
*Occidit.*

*Valerius* quoque *Maximus lib. 7. c.* 1. ait, *Q. Metellum inter oſcula complexuſque cariſſimorum pignorum extinctum.* Quare de oſculis, quæ figebant mortuis, locutus eſt *Tibullus*, cum *lib.* 1. *eleg.* 1. dixit:

*Flebis & arſuro poſitum me, Delia, lecto,*
*Triſtibus & lacrymis oſcula mixta dabis.*

Et *Propertius lib.* 2. *eleg. ad Cynthiam*:

*Oſculaque in gelidis pones ſuprema labellis,*
*Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.*

conf. *Ovid. lib.* 4. *Metamorph.* & *lib.* 6. *Sueton. in Othon. cap.* 12.

---

## CAPUT IV.

### DE

# OFFA CERBERI

## ET NAULO CHARONTIS.

§. I.

QUamprimum corpus emortuum erat, ſacrum eſſe incipiebat; quippe omnes

nes defuncti a *Plutarcho* in vita *Numæ*, ol, & ſepulchra ipſa ἁγνὰ ἱερὰ a *Lyophrone* dicuntur, cum corpora illis impoſita eſſent. *Sacra*, dico, quia illa viole nefas; alias a ſanctitate remota, cum qui tangeret eadem, immundus habetur, nec rem ſanctam peragere poterat, nec, inſtar Judæi, ſe laviſſet aqua. Quamrem *Diana* nolebat morari, ut videt *Hippolytum* mortuum, ex metu, ne ontraheret pollutionem, uti *Euripid. Hippolyt.*

Καὶ χαῖρ᾽, ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν,
Οὐδ᾽ ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.

Id eſt, *Et vale: nam non fas eſt mihi intueri mortuos,*
*Neque polluere oculos halitu morientis.*

em de ſepulchri tactu affirmandum, δυσνήμοιο τάφου dicit *Heſiodus*. Nam ἁγνὰ on erant, niſi hoc ſenſu, quod eſſent κίνητα; non quod non ſint tangenda, ec curanda, uti quidam volunt hanc ſe mentem ejuſdem Poëtæ:

Μηδ᾽ ἐπ᾽ ἀκινήτοισι καθίζειν ---

a plane, ut *Plutarchus in Quæſt. ſuis Roman.* aſſerat, homines iſtos, qui ſuperbia oti, locum ſepulturæ ſibi confici curant,

 & pom-

& pompam funebrem comparant, antequam mortem obeant, nomen ἀγνῶν non mereri.

§ 2. Plane ſi hanc Græcorum conſuetudinem perpendimus, hauſtam illam deprehendimus ex legibus Hebræorum, quarum vi obligati erant, non tangere cadaver, ſive animalis, ſive hominis. Vocatur autem ab illis cadaver נבלה, quicquid ſua ſponte perit, aut cui profanum quid ex mactatione accidit. Unde *Canon Talmudicorum*: *Quicquid mactationis vitio profanum habetur, cadaver dicitur. Quod vero rite mactatum, aliam cauſam, ob quam profanum cenſeatur, habuerit, diſcerptum vocatur.* De tactu cadaveris hominis expreſſam legem habemus *Num. XIX. v.* 11. Ad quæ verba *Henry Ainſworth* ex Rabbinorum ſcriptis *fol. m.* 120. hæc annotavit: *Of this legall pollution the Hebrewes have theſe ſayings. A dead perſon defileth by touching and by bearing, and by the tent, with ſeven dayes uncleaneſſe. The uncleaneſſe by touching and by the tent are expreſſed in the Law Num.* 19. 11. 14. *Uncleaneſſe by bearing is by tradition (gathered by conſequence*

*Fo*

*or if a dead beaſt, which maketh one uncleane but till evening and defileth not by ...nt, doth defile by bearing, defileth alſo till evening by bearing; ſo a dead man which by touching defileth ſeven dayes, defileth alſo ſeven dayes by bearing. Uncleaneſſe by touching, ſpoken of in every place, whether of a dead man or other uncleane things, is when a man with his fleſh toucheth the uncleane thing it ſelfe, whether it be with his hand, or with his foot, or with any other part of his fleſh, &c. Uncleaneſſe by bearing ſpoken of in any place, whether of a dead man, or of other uncleane things is, when a man beareth the uncleane thing, although he touch it not; although a ſtone be betwixt him and it. Foras much as he beareth it, he is uncleane, whether he beare it on his head, or on his hand, or with any other part of his body &c. A dead man defileth not, till his ſoule be departed from him, as is written, The ſoul of man, that is dead. Num.* 19. 13. vid. *Maimonid. in Tumath. c.* 1. *ſect.* 15. *Likewiſe ſo much as an olive of a dead mans fleſh, either moiſt or dry as a potsherd, defileth as doth a whole dead men. &c.* Lat.

*de*

*De hac legali pollutione apud Hebræos hæc dicta habentur. Cadaver hominis polluit per tactum, bajulatum & tentorium, pollutione ſeptem dierum. Pollutio, quæ vel tactu vel tentorio contrahitur, expreſſe habetur in lege Num.* 19. 11. 14. *Pollutio, quæ bajulando contrahitur, ea traditione oritur, (per conſequentiam deducta) ſi enim cadaver beſtiæ, quod contaminat tantum uſque ad veſperam, nec polluit per tentorium, contaminat bajulando, polluit etiam uſque ad veſperam per bajulatum; ſic cadaver hominis, quod tactu polluit ſeptem diebus, polluit etiam ſeptiduo per bajulatum. Pollutio per tactum, de qua mentio ſit in quovis loco, ſive cadaveris hominis, ſive aliarum rerum immundarum intelligitur illa, cum homo carne ſua rem ipſam immundam tangit, ſive hoc faciat ſua manu, vel ſuo pede, vel quavis alia parte ſuæ carnis. Pollutio per bajulatum, in quocunque loco de ea mentio fiat, ſive cadaveris hominis, ſive aliarum rerum immundarum dicitur, cum quis rem immundam geſtat, etſi illam minime tangat; etſi lapis inter hominem & rem illam interſit. Quoniam enim illam bajulat, ideo immundus eſt, ſive illam rem bajulet ſuper caput, vel ſuper ma-*

num

*um, vel quavis alia parte corporis. &c.*
*adaver hominis non polluit, donec anima*
*c ipſo exceſſerit, ſicut ſcriptum eſt, Anima*
*ominis, qui mortuus eſt, Num. 19. 13. vi-*
*e Maymonid. in Tumath. c. 1. Sect. 5.*
*idem tantum carnis hominis mortui, quan-*
*m æquaret craſſitiem olivæ, ſive ſit humidum,*
*ve aridum tanquam teſta argillacea, polluit,*
*cut totum cadaver hominis.* vid. *Maym.*
*m. 3. in Tumath. c. 1. & 2.* conf. *Light-*
*ot diſquiſ. Chorograph. Joh. præmiſſ. fol.*
*. 589. edit. Roterodam. 1686.*

§. 3. Tota ceremoniarum actio, qui-
us in præparando cadavere ad ſepulturam
ebantur Græci, dicebatur (ut *Scholia-*
*es in Æſchil.* tradit) *συγκομιδὴ*, quem-
modum *elatio* dicta fuit *ἐκκομιδή*. *Συγ-*
*μιδὴ* deſcendit a *συγκομίζειν*, quod vo-
bulum ſignificat *comportare, fruges colli-*
*re*, & *συγκομιδὴ* eſt *fructuum collectio*;
de poſtea de omnibus ceremoniis func-
um uſurpatum. vid. *Adrian. Turneb.*
*dverſar. lib. 26. fol. m. 992. edit. Baſil.*
*κκομιδὴ* a verbo *ἐκκομίζειν* deſcendit,
o uſus eſt *Ælian. var. Hiſtor. lib. 8.*
*p. 4 pag. m. 400. edit. Argent. 1685.*
*Poliarcho.* Potiſſimum autem hi ritus
obſer-

obſervabantur: nummum defuncti orii imponebant, *to ſpeak his fare to the πορ-θμεὺς or mam Charon.* Latine: *Ferri uti naulum perſolveret nautæ. ut ſit portorium Charonti.* Vocatur autem *naulum*, precium, quod ſolvitur pro vectura in navi. *Gloſſ.* Ναῦλον, *navis vectura.* intellige mercedem pro vectura. Vox eſt mere Græca, ναυλόω, *navigo.* vid. *Martin. Lexic. Etymolog.* in voce *Naulum.* Audiamus *Kipping. in Antiquit. Rom. lib. 4. cap. 6. pag. m. 770. edit. Franequer.* ita diſſerentem: *Nummus æreus inſerebatur ori ejus, qui efferebatur pro funere, naulum Charonti perſolvendum pro Stygiæ paludis tranſmiſſione, quem deinde peracta uſtione una cum cineribus indebant loculo ſive urnulis; atque cum illis ſemper effoditur*, uti teſtantur *Joh. Jac. Chiffletius in deſcript. Veſontionis part. 1. c. 26. Melch. Goldaſt. not. ad Columbani Abbat. carmin. pag. 93. 94.* Erat autem *naulum* parvum numiſma ſeu obolus: hinc *Lucianus in dialogo Charonti & Menippi* mortui *pag.* 81. inter alia ſic introducit *Charontem* ad *Menippum* loquentem: Ἀπόδος, ὦ κατάρατε, τὰ πορθμία -- ἀπόδος, ἀνθ᾽ ὧν σε διεπορθευσάμην --

ἕς

…τ δέ ἤις ὀβολὸν μὴ ἔχων. id eſt, *Redde obo-*
*…m, ſceleſte, -- Redde -- quod pro traje-*
*…ione debes -- An eſt quiſpiam, qui ne obo-*
*…m quidem habeat.* Græci primi hunc
…tum inſtituerunt teſte *Kipping. de pro-*
*…ſ. funer. pag. m. 771. lib. 4. c. 6. anti-*
*…uit. Rom. edit. cit.* & vocarunt δανάκην,
…uia dabatur τοῖς δαναοῖς mortuis, a δανὸς
…l quod *ſiccum* & *torrefactum* ſignificat,
…uia oſſa mortuorum quaſi torrefacta ſunt.
…ic in memoriam revocamus *Scholiaſten*
*…riſtophan in Ranis* : ubi *Charon* virum
…ogat expectare -- παρὰ τὸν Αὐαίνȣ λίθον,
*…d lapidem Avænum.* Poëtæ enim fin-
…unt ἐν ἅδȣ lapidem eſſe dictum *Avanum*,
…ὰ τȣ̃ αὔȣς τȣ̀ς νεκρȣ̀ς εἶναι, ubi expectan-
…um, donec corpora in pulverem reda-
…a fuerint, quia corpora mortuorum
…eceſſario tam ſicca eſſe debeant, uti pul-
…is, Verum ut ad nummum noſtrum re-
…rramus. *Suidas* ita de illo literis tra-
…it : *Danace, hoc eſt nomen nummi, quem*
*…lim mortuis dabant, ipſum cum illis ſepe-*
*…entes, ut Acheruſiæ naulum*, quod por-
…itori trajectus cauſa perſolvebatur. *Ache-*
*…uſia vero eſt palus apud inferos, quam de-*
*…uncti trajiciunt*, *ante dictum nummum*

*portitori*

*portitori dantes.* Apud *Heſychium* in Lexico ita legitur: Δανάκη νομισμάτιόν τι βαρβαρικὸν δυνάμενον πλέον ὀβολοῦ ὀλίγῳ τινί· ἐλέγετο δὲ καὶ ὁ τοῖς νεκροῖς διδόμενος ὀβολός, id eſt, Δανάκη *eſt numiſma quoddam parvum valens paulo plus obolo. Sic autem & dicebatur obolus, qui dari ſolet mortuis*, pro felici ſc. tranſmigratione. Meminerunt *Ariſtophan in Ranis*, & *Lucian.* περὶ πένθους. Rurſus *Suidas* καρκήδοντα appellatum annotavit in hac voce inquiens: *Hoc vocatur Charontis vectigal, quod colligitur ex obollis, qui una cum mortuis ſepeliuntur. Non autem herbæ nomen, ut quidam eſſe dicunt, qui errant.* conf. *Auct. Etymol. magni in voce* Δανάκη.

§. 4. Cum numiſmate ſimul maſſulam ſeu offam aut caſeum dabant, ut *Cerbero* objicerent, qua oris rictum replere & illam injicere poſſent, cum jam morſu mortem attuliſſet. Verum quis iſte *Cerberus* fuerit, non adeo compertum, cum varient Auctorum ſententiæ. Aliqui volunt *Cerberum* nihil aliud fuiſſe, quam ſerpentem in *Tænaro* promontorio degentem, ut eo infectus ſtatim occumberet homo. Communior tamen opinio eſt, *Cerberum*

*rum* canem fuiſſe, in quem inciderent imæ mortuorum, ubi flumina inferna jeciſſent; qui quidem canis, atrociſſius infernorum cuſtos, in ſpelunca quam ante fores recumberet *Plutonis*, ac nnibus quidem ingreſſuris abblandiret, ſed nullum egredi pateretur, egreſſus omnes altiſſimis horrendiſque exteras latratibus. Quod ſi quis latratibus non ritus fugere conaretur, arripi eum ſtatim nt a *Cerbero* ac voraci gutture degluti- Tricipitem fingunt *Poëtæ*, per quem *Windet Anglus pag.m.* 8. mortem inligit, quod cunctas mundi partes appe; quadricipitem ſaltem finxiſſet, mo- tot tunc orbis partes innotuiſſet. Huic culum addit *Thomas Blount* in *Gloſraphia,edit. Londin.*1670.*pag.m.*115.qui diſſerit: *Cerberus a dog with three heads, ned to the porter of Hell gates: by the e heads are ſignified three Ages, by ich dead devours man, viz. infancy, youth, old age.* Lat. *Cerberus canis triceps, qui itur Janitor inferorum: tribus capitibus gnantur tres ætates, quibus mors homi- vorat, nimirum infantia, juventus & ctus.* Huic igitur *Cerbero* offam obji-

cere

cere ſingebantur defuncti. Offa autem illa ex farina & melle compoſita erat, teſte *Guilielmo Stuckio in Antiquit. conviv. fol. m.* 19. *edit. Tigur.* Græci itaque placentam mellitam mortui ori ſtatim impoſuerunt, quam objicerent latranti *Cerbero*, teſte *Alexandro Sardo Ferrar. lib.* 1. *de Morib. gent.* & vocabatur μελι-τῶττα & μελιτῆτι. Μελιτῆτα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς εἰς τὸν Κέρβερον, inquit *Suidas*, id eſt: *Mortuis mellita placenta dabatur ad placandum Cerberum.* Hanc *Æneam* ii dediſſe ſcribit *Virgil. lib.* 6. *Æneid.* cum mortuos viſitaret:

*Tandem trans fluvium incolumes vatemque virumque*
*Informi limo, glaucaque exponit in ulva.*
*Cerberus hic ingens latratu regna trifauci*
*Perſonat, adverſo recubans immanis in antro:*
*Cui vates horrere videns jam colla colubris*
*Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam*
*Objicit. Ille fame rabida tria guttura pandens*

Corr

*Corripit objectam, atque immania terga reſolvit*
*Fuſus humi, totoque ingens extenditur antro.*
*Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto.*

ulejus *Metam. l. 6.* de pluribus loqui- offis, memorans *offas polentæ mulſo* *cretas*, additque, quod in utraque ma- tenerent iſtas. Verum *Poëta Ari-* *phan. Lyſiſtrat.* de ſingulari tantum ſcri- :

--- --- σορὸν ὠνήσει,
Μελιτȣ̃ταν ἐγὼ καὶ δὴ μάξω

nullum eſt dubium, quin *Poëta* hoc o hanc conſuetudinem reſpexerit, æ ſententia cum *Virgilii* opinione con- nit. Et hæc de offa *Cerbero* oblata di- ſunto.

CAPUT.

# CAPUT V.

## DE ORNATU DOMORUM UBI MORTUUS ERAT REPOSITUS.

§. I.

FOres illarum domorum, in quib[illegible] aliquis mortuus erat; *cypariſſo* orn[illegible] bantur, ne quis neſciens ac ingredie[illegible] pollueretur. Cur autem *cypariſſus* ſeu *c*[illegible] *preſſus* ante fores poſita fuerit, variæ ſu[illegible] opiniones. *Plin. lib.* 16. *c.* 3. putat, qu[illegible] *Diti* ſacra & ideo funebri ſigno ad dom[illegible] poſita fuerit. vide *annotationes Biſſii* [illegible] *Claud. de raptu Proſerpinæ, edit Mediol*[illegible] 1684. Alii referunt, arborem iſta[illegible] ideo funebrem fuiſſe judicatam, quod ſem[illegible] cæſa, non amplius repullulet, uti *Serv.* *ad lib.* 4. *Æneid.* Moris fuit, ut potiſ[illegible] mum *cupreſſus*, quæ exciſa renaſci non ſ[illegible] leat, in veſtibulo poneretur, ne quis in[illegible] prude[illegible]

rudens accederet. Audiamus etiam *Fe-*
*'um* : *Cupreſſus*, ait, ille, *mortuorum do-*
*nibus ponebatur, ideo, quia hujus generis*
*rbor exciſa non renaſcitur : ſicut ex mor-*
*uo jam nihil ſperandum eſt, quam ob cau-*
*ſam in tutela* Ditis *patris eſſe putatur.* conf.
*'eſt. Pompej. lib.* 3. *de Verbor. ſignificat. pag.*
75. *Flav. Blond. Forolivienſ. de Rom.*
*riumph. lib.* 2. *fol.* 32. *Philip. Carol. lib.* 4.
*Antiquit. Rom. c.* 12. *Johan. Meurſ. in*
*Arboret. ſacr. lib.* 1. *c.* 10. *Joh. Kirchmann.*
*ib.* 1. *de funer. Rom.* de quo tamen dubi-
ant *Joh. Baptiſta Porta in Villa lib.* 2. *c.*
. *Nicol. Fuller. lib.* 4. *Miſcell. ſacr. c.* 5.
uandoquidem apud Candiotas reciſa na-
atur. vid. *Cl. Salmaſ. in Caji Jul. Solin.*
*'olyhiſt. fol.* 121. ubi affirmat in Ænaria
nſula cupreſſum ſucciſam renaſci.

§. 2. Græci magis originem hujus ritus
evolvunt ad fabulas, & dicunt, hanc ar-
orem funeream eſſe, quia ex funere nata ſit,
quidem ex funere pueri formoſi, adeo
t vel Apollinem ipſum ſui captum amore
etinuerit. Fuit autem hic puer *Cypariſſus*
omine, qui, cum cervum, quem in de-
ciis habebat, imprudens occidiſſet, tanto
t affectus dolore, ut & in lacrymas ſolve-

C retur

retur, & conſumptis tandem lacrymis, violentam ſibi injiceret manum: aſt ne tam impio fato periret, ab *amaſio Appolline* dicitur in *cupreſſum* arborem tranſformatus, ejuſdemque tranſformationem memorat *Ovid. Metam.* 10. dum *cupreſſum* inter arbores ad *Thracis* cantum accurrentes enumerans canit:

*Affluit huic turba metas imitata cupreſſus;*
*Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo;*
*Qui citharam nervis & nervis temperat arcum.*

Quod ſi potius ex hiſtoriis, quam ex fabulis ſolutionem exquiras quæſiti, ferunt, *Aſclepiadis* graviſſimi auctoris teſtimonio, *Borean* *Celtarum* Regem filiam habuiſſe *Cypariſſam* nomine, quam immaturo nimis functam fato, cum tumulaſſet, dicitur hanc arborem in ejus tumulo ſeviſſe, a qua ſubinde fation arbor & ſemper funerea habita fuerit & nomen ei inditum *cypariſſus.* Plura qui deſiderat, evolvat *Kirchman. de funer. Ron lib.* 1. *pag.* 111. 112. *cap.* 14. *edit. Brunſvi* 1661. *Carol. Paſchal. lib.* 4. *de Coron. c.* 1 *pag. m.* 257. *edit. Lugd. Batav.* 1671. I quod tamen de ditiorum ædibus capiendum ex *Lucano* conſtat, qui *lib.* 3. *Pharſal.* i canit:

*Et non plebejos luctus teſtata cupreſſus.*

uod re vera hoc factum ſit, teſtatur *Ovid.* *b.* 3. *Triſt. eleg.* 13.

*Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſo.*

t Horat. *Epod. Od.* 5.

*Jubet ſepulchris caprificos erutas,*
*Jubet cupreſſos funebres.*

rvius ad *Virg. lib.* 2. *Æneid.*

*Juxtaque antiqua cupreſſus.*

upreſſum ait arborem funebrem ante nplum Dianæ lugentis eſſe. confirmat ur. *Tiraquell. not. ad Alexandrum ab A-xandro lib.* 3. *Genial. dier. pag. m.* 653. 54. *edit. Lugdun. Batav.* 1673.

§. 3. Statuebatur etiam ante fores pri-tarum ædium *vas magnum* aqua luſtrali enum, quæ eſſet e domo non funeſta al-a; qua aqua ſe ſe quiſque exiens aſper-ret, qui exequias venerat. Quem ritum bis deſcripſit *Franciſcus Rous in Archæo-. Attic. lib.* 5. *cap.* 22. *pag. m.* 247. *edit. onienſ.* his verbis: *There ſtood at the door great earthen veſſel filled with water, ich they fetcht from another houſe, for people to waſh in, that came in and out.* t. *Statuebatur ante fores magnum vas linum plenum aqua luſtrali, quæ ex domo*

*alia allata eſſet, qua aqua quiſque exiens ſeſe aſpergeret, qui exequias venerat.* Eadem fere habet *Jul. Pollux. lib.* 8. *Onomaſt. cap.* 7. Καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι ἐξιόντες, ἐκαθαίροντο ὕδατι περιῤῥαινόμενοι. Τὸ δὲ ἄγγειον ἐκαλεῖτο ἀρδάνιον. id eſt. *Et qui in lugentis domum pervenerant, egredientes aqua rigati luſtrabantur, quæ ante ædes in vaſe fictili ſtabat, ex alia domo allata. Vaſque illud* ἀρδάνιον, hoc eſt, *rigatorium dicebatur.* ſcil. ab ἄρδω, quod eſt *irrigo. Suidas* ſic habet: Ἀρδάνιον, *vas figulinum aquaticum. Vas ventroſum, unde pecudes bibunt.* Dictum autem eſt ab ἄρδειν *rigare.* Ponebatur autem etiam ante defunctorum fores & introeuntes & exeuntes ſe aſpergebant aqua, quæ in eo erat. Similiter & *Heſychius in Lexic.* ſcribit: Ἀρδανίαι αἱ τῶν κεραμίων γάστραι, ἐν αἷς βοσκήματα ἐπότιζον, ἃ Δωριεῖς κύμβαλα καλοῦσι· Ταῦτα δὲ περὶ τῆς αὐλείου θύρας ἐτίθεσαν ὕδατος πλήρη, ἵνα ὁπότε τις τελευτήσειεν οἱ πρὸς ἐμφανισμὸν ἐξιόντες περιῤῥαίνωνται. id eſt. Ἀρδανίαι *ſunt vaſa fictilia ventroſa e quibus potabantur pecudes, quæ Dores vocant* cymbala. *Hæc autem ante fores veſtibuli collocabant plena aqua, ut, ſi quan*-

*uis moreretur, illi, qui in publicum exi-nt, luſtrarentur.* Ὄστρακα item appellata iſſe talia vaſa idem *Heſychius* oſtendit, m ait: Ὄστρακον. *ubi quis moreretur vas ulinum ventroſum* (quod γάστραν vocant) *ante fore ponebant, ex alia domo acpientes & implentes aqua.* Hoc ſenſu telligendus *Ariſtophanes* inquiens: κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας, id eſt, *ppone ante januam oſtracum.* Tam ſuerſtitioſi erant Græci, ut putarent omnem immunditiem aqua hac purgari; amobrem etiam in templis hic ritus bſervabatur. A Græcis Pontificii rim hunc hauſerunt, quo aqua luſtrafere in omnibus rebus utuntur. de a re videri poterit B. D. *Beyeri Diſt. de aqua luſtrali Jenæ habita*, ubi ura.

# CAPUT VI.

## DE MORTUORUM ABLUTIONE, POLLINCTURA ET AMICULO FERALI.

§. I.

POſtquam cadavera compoſuiſſent Græ-
ci, ea lavabant. Unde *Socrates* apu
*Platonem* in *Phædone* fere circa finem *fo*
401. *At ferme tempus eſt, ut ad lavandu*
*divertam. Præſtat enim paulo poſt lav*
*crum venenum bibere, ne in lavando cad*
*vere moleſtiam mulieribus præbeamus.* Eur
dem ritum obſervabat *Alceſtis*, cum pr
marito mortem obire vellet, uti Poë
*Euripid. Alc. v.* 116.

Ἐπεὶ γὰρ ᾔσθεθ' ἡμέραν τὴν κυρίαν
Ἤκουσαν ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
Ἐλούσατ'.

id eſt. *Cum percepiſſet diem mortis adeſſ*
*ſeipſa*

*ipſam lavabat in aqua pura.* Interdum
vare cadavera dabatur proximis, uti Au-
tores clariſſime probant. Conſtat enim
*Euripid.* apud quem in *Phœniſſis Creon*
*ocaſten* arceſſit, ut filium ſuum mortuum
vet :

--- ἐγὼ δ' ἥκω μετα-
στέλλων ἀδελφὴν Ἰοκάστην, ὅπως
λούσῃ, προθῆταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.

est, ex interpretatione *J. Guilielmi: Ipſe*
*d ſororem eo Jocaſtam, ut abluat cadaver*
*la filii atque colloce* : ſeu, ut alius ex-
licat, *Ego vero venio accerſiturus ſororem*
*ocaſten, ut lavet & componat filium meum,*
*i non vivit amplius.* vid. *Wallæi Com-*
*ent. in Act. Apoſtol cap. 9. p. m.* 1125.
ic apud *Euripid. Antigone* a *Creonte* pe-
t, ut ſibi fratrem lavare liceat. *Attu*
*bluam ſaltem concede mortuum, Apulej.*
*b.* 8. *Metam. Tunc propere familiares*
*iſeræ Charites accuratiſſime corpus ablu-*
*m, munita ſepultura ibidem marito per-*
*tuam conjugem reddidere.* Interdum
iam bonis amicis lotio cadaverum com-
ittebatur, uti videtur ex *Homer. Odyſſ.*
44. 45.

--- καθήραντες χρόα καλὸν

*Ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφαλι.*
*Expurgandum corpus pulchrum*
*Aquaque calida & unguento.*

Loquitur autem ibi de cadavere *Achillis*. Pariter & *Iliad.* 6. *v.* 350. de *Patrocli* interfecti cadavere ſcribit :

*Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ.*
*Tunc quidem laverunt & unxerunt pingui oleo.*

Quam ſolennis apud *Dardanenſes* ejuſmodi lotio fuerit, audiamus ex *Æliano*, qui *lib.* 4. *Var. hiſtor. c.* 1. ita ſcribit: Τρὶς λοῦεσθαι μόνον παρὰ πάντα τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, καὶ γαμοῦντας, καὶ ἀποθανόντας. *Ter per omnem vitam tantum lavari post partum, & cum nuptias ineunt, & poſt mortem.* Ita de Tarquini Romani iſtius cadavere lavato teſtatur *Enniu*

*Tarquinii corpus bona fæmina lavit & unxit.*

Mulieribus præprimis hoc munus incumbebat ; verum in caſu neceſſitatis etiam aliis licebat. Quapropter reperitur apud *Galen. de Method. medendi l.* 13. *c.* 1 quod *Cynici* pauperem *Theogenem* laverint quia muliere caruerit & liberis. Denique in *Actis cap.* 9. 37. legitur de *Tabitha* Jop penſi, quod lota fuerit poſt mortem, no

a viris

viris, ſed mulieribus, ut credibile eſt: *Factum autem eſt per illos dies, ut* Tabitha *ex infirmitate moreretur, quam cum laviſſent, poſuerunt in cœnaculo.* Obſervandum etiam hic venit, quod cadavera calida aqua abluerint, uti *Homerus* 24. *Odyſſ.* refert è corpore *Achillis*, quod aqua calida ablutum fuerit, & *lib.* 18. *Iliad. Poſtquam calefacta eſt aqua, laverunt.* Cui *Virgilius* aſſenſum præbet *lib. 6. Æneid.* de funere Miſeni loquens:

*Pars calidos latices & ahena undantia*
*flammis*
*Expediunt, corpuſque lavant frigentis &*
*ungunt.*

De lotione vid. *Feith. Antiq. Homer. pag.* 66. *Chryſanth. Solar. lib.* 2. *Pentateuch. port. fol. m.* 117.

§. 2. Hunc ritum ab Ebræis originem traxiſſe certo certius eſt. Iſti aqua calida ſtudioſe abluebant mortuos, (verba ſunt celeberrimi *Joh. Buxtorffii in Synagog. Jud.* 35.) ut puri & mundi eſſent, cum peccatorum ratio reddenda erit. *Liber Minhagim cap. ult.* Mann iſt das Meth (todte) Metacher (ſauberend) dieweil er ſoll die Rechenſchafft geben vor dem Bore(Schöpf-

ſer) daß er ſoll geſaubert ſeyn. conf. huc *D. Quenſted. tract. de Sepultur. Veter. pag. mih. 36. ſeq. Gejer. tract. de luctu Ebræorum, pag. m. 52. cap. 5. Kirchmann. de funer. Rom. lib. 1. pag. m. 52. ſeq. Caſal. de ritu veter. Chriſt. cap. 66.*

§. 3. Non ſolum autem cadavera lavabantur, ſed unguento etiam ungi ſolebant: a veteribus Græcis. Exhalata anima cadaver lavabatur & ungebatur. In eum uſum jubet Achilles tripodem ad ignem ſtatui, ut fervente aqua corpus *Patrocli* ablueretur & inungeretur. Unguentorum uſus Græcis familiaris fuit, adeo ut etiam exploratum haberent, quod unguentum cuique membro humani corporis eſſet accommodatum, teſte *Athen. lib.* 15. conf. *Wall. Commentar. in Luc. c. 7. pag. m.* 625. ut Ægyptio *unguento*, pedes & crura: *Phœnicio*, maxillas & mammas, teſte *Antiphon in Zacyntho*, vid. *Marcin. de Roa. lib. 3. ſingul. pag. m.* 241. *Siſymbrio*, alterum brachium: *Amaricino*, cilia & cæſariem *Serpillino*, genua & collum ungebant. Cæterum uſos reperimus veteres in condiendis mortuis ob putredinem abigendam potiſſimum *ſale, nitro, cedro, aſphalto*

*melle*

*melle, cera, myrrha, balſamis, gypſo, calce,* de quibus fuſe *Kirchman. de funer. Roman pag. m.* 62. *ſeq. lib.* 1. *edit. Brunſv.* conf. *Dieter. Antiquitat. Bibl. fol. m.* 149. *edit. Gieſſ.* Hic ritus ungendi mortuos Ægyptiis familiaris fuit, teſte *Plin Natur. hiſt. lib.* 2. *cap.* 37. Hinc aromatibus condierunt Medici *Ægyptii* corpus *Jacobi*, quos LXX. ἐνταφιαστὰς aptiſſimo vocabulo vocant. Horum erat officium *balſamo, myrrha, aloe, caſia, aliiſque aromatibus* corpora mortuorum condire, quo a putredine diutius conſervarentur immunia. Vetuſtiſſimus inter Græcos hiſtoricos, qui hodie extant, *Herodotus in Euterp. pag.* 135. modum condiendi Ægyptiacum accurate deſcribit, cujus potiſſima hæc ſunt: *Apud Ægyptios homines certi ſunt ad hoc ipſum conſtituti, qui illis (qui optime & ſumtuoſe condiri voluerunt) ferro incurvo per nares cerebrum educunt, ejuſque locum medicamentis & odoribus implent. De hinc acutiſſimo lapide Æthiopico circa illa conſcindunt, atque illac omnem alvum protrahunt; quam ubi repurgarunt, ac vino Phœniceo expleverunt, (palmeo eluerunt) rurſus odoribus contuſis refarciunt: tum omenta*

*complent contuſa myrrha pura, & caſia, & cæteris (excepto thure) odoribus, itetumque conſuunt. Ubi hæc fecere, ſaliunt intro nitro abditum LXX. dies; nam diutius ſalire non licet. Exactis LXX. diebus cadaver ubi abluerunt, ſindone byſſina inciſis loris totum involvunt, gummi illinentes, quo Ægyptii glutinis loco plerumque utuntur.* Diſcimus hinc ταριχείαν a ταριχεύειν, quod eſt proprie intrinſecus corpore exenterato & cerebro per nares extracto condire, ut obſervat *Caſaubon. Exercit. ad Baron.* 16. fieri ſolitam aromaribus, myrrha, aloe, ſale, cera, bitumine, & aliis, habita tamen ratione facultatum eorum, qui mortuum funerandum tradiderunt, ut bene obſervant *Polydor. Virgil. l. 3. c. 19. de inventione rerum & Schikard. de jure Reg. Ebr. pag.* 158. ſimulque tres condiendi modos tradit. de Ægyptiis recenſet:

*--- --- --- Ægyptia tellus*
*Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo (buſto)*
*Corpora & a menſis exanguem haud ſeparat umbram.*

*Plato in Phædone: Ubi mortuum corpus ceciderit:*

*…erit & conditum fuerit, quemadmo-…m qui in Ægypto condiuntur, pene to-…m perdurat, longo quodam infinitoque …mpore. Sext. Pyrrh. lib. hypot. c. 24: …Ægyptii inteſtina extrahentes condiunt de-…ctos.* De hac unctione confer *Cic. 1. …ſcul. Quæſt. ad fin. Plin. lib. 16. c. 11. … 24. c. 5. Diodor. Sicul. lib. 1. Biblio-…c. num. 91,* in hunc modum Ægyptio-…m condituram deſcribit: *Quamprimum … ſecti cadaveris curationem convenere, …us per hiatum manu ad præcordia immer-…, quicquid inteſtinorum eſt præter cor & …es extrahit. Alius alvum cum viſceri-…s ſingulis repurgatam, vino palmeo aro-…aticiſque odoribus perluit. Lotum denique …daver ad dies plures LXX. unguento pri-…um cedrino aliiſque delibutum reddunt; …yrrha deinde & cinnamomo aliiſque non …ngiori tantum conſervationi, ſed etiam …agrantiæ aptis conditum propinquis red-…unt.* Videantur plura apud *Quenſted. …act. de ſepult. veter. pag m. 40. ſeqq. H. …Mag. miſcell. l. 3. c. 11. Pompon. Mela l. … c. 9.* de MUMIIS, *Joach. Struppius … vera Mumia. Dilherr. diſputat. pag. …ib. 118.* Poſtca etiam mos ungendi &

condiendi defunctos Græcis aliiſque gentibus fuit, quod *Dempſter.* cum cura notat ad *Roſini Antiq. lib.* 5. *cap. ult. pag.* 1008. *Cl. Salmaſ. Plin. exercit. fol. m.* 745. *edit. Traject. ad Rhen.* 1689. aliiſque in locis.

§. 4. Viſa unctione, progredimur ad perſonas, quæ hoc officium in ſe ſuſcipiebant, & hæ vocabantur LIBITINARII, a *Libitina* Dea, quam ἐπίσκοπον τῶν περὶ τοὺς θνήσκοντας ὁσίων θεὸν οὖσαν, *Deam præſidem eorum, quæ defunctis juſta fiunt,* *Plutarchus* appellat *in Numa.* Hanc *Venerem* eſſe volunt, quidam *Proſerpinam.* In cujus templo (τῆς Λιβιτίνης) vendebantur, quæ ad funera pertinebant, & in cujus ærarium cognati nummum inferebant, pro eorum ſingulis qui morerentur, ut in *Ilithyæ* (id eſt, *Junonis Lucinæ*) pro iis, qui naſcebantur, teſte *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.* 4. *de Tullio Rege: Ut L. Piſ. ipſe tradit in primo ſuorum Annalium, cum vellet ſcire, & quis eſſet numerus urbanæ multitudinis & eorum, qui naſcebantur & eorum, qui moriebantur, & eorum qui in virorum numerum referebantur, ſtatuit, quanti pretii nummum pro ſingulis co-*

gna

…ati inferre deberent in ærarium Ilithyæ …uam Romani vocant Junonem Lucinam, …f. Anton. Borremanſ. var. Lection. lib. p. … 213: ſeq. edit. Amſtel. 1676.) pro …, qui naſcebantur; & in ærarium Ve…ris, quod in Luco eſt, quam Libitinam …ncupant pro iis, qui morerentur &c. …ujus meminit Horat. l. 3. O. 30. & ſcri…t Torrentius ad iſtum locum, pag. 243. …enus dicitur Libitina, quia quoque eſt …nerum Dea. de qua Plutarch. in vita …um. pag. 67. cujus verba paulo ante ad…ducta ſunt. Anglus eruditus Thomas …lount in Gloſſograph pag. mihi. 380. edit. …ondin. 1670. ex Livio hæc profert ver…a: LIBITINA the Goddeſs of Fune…als, and aftet a ſort the ſuperintendent … ſepulchres, in whoſe Temple were all …ings to be ſold neceſſary for the interring …nd burial of the dead; whereupon they at… who were employed to carry fort and …rry corps, were called Libitinarians. Lat. …ituina Dea funerum, &, ut ita dicam, …perintendens, vel quæ ſepulchris præſide…t, in cujus templo omnia quæ ad funera … exequias mortuorum ſpectabant, vena…a proſtabant: unde qui cadaveribus effe…

rendis

*rendis & humandis conſtituti erant, LI-BITINARII vocabantur.* Eadem etiam habet *Thomas de S. Quercu. Plutarchus in Quæſt. Romanis pag.* 269. merito quæſtionem inſtituit his verbis: *Cur quæ ad funera pertinent, in templo Libitinæ vendunt, quam eandem eſſe cum Venere cenſent? An hoc quoque unum eſt de Numæ Regis ſapienter inſtitutis, quo diſcerent, ab his rebus non abhorrere, neque pro piaculis eas ducere? aut an potius monebantur eo, caducum eſſe, quod eſſet natum, una eademque Dea & ortui & interitur præſidente? Nam Delphis quoque Veneris ſepulchralis (Epitymbiam ipſi dicunt) eſt imaguncula, ad quam evocant eorum manes, quibus libant.* conf. *Martin. Lexic. etymolog.* In hujus Deæ templo aſſervabantur, quæ ad inſtructionem funebrium pomparum erant neceſſaria: qui quicquid ad exequiarum apparatum pertinebat, locare aut vendere & operam ſuam illis, quorum erat funus mortui curare, elocare ſolebant, *Libitinarii* dicebantur, teſte *Plutarcho in Cauſis. Libitina* etiam metonymice mors ac funus eſt, uti *Thomas a S. Quercu* & *Martin. loc. cit.* aſſerunt. Gloſſ. ἐνταφιον, *Libitina.* ſicut *Horat.*
*lib.*

*.* 3. *carm. Od.* 30. *Non omnis moriar ultaque pars mei vitabit Libitinam. Ju-n. Satyr:* 12.

*--- --- ſi Libitinam evaſerit æger,*
*Delebit tabulas.*

*ibitina* etiam munus in curando funere notat. *Liv. lib.* 40. *In urbe peſtilentia nta, ut Libitina tunc vix ſufficeret.* Ab c LIBITINARII nomen acceperunt. aque *Libitinarius* erat, qui Libitinam ercebat. *Senec. lib.* 6. *de Benef. c.* 38. *ui teſtamentorum captandorum artem pro-ſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ de-natores & libitinarios, vota? Deſigna-res* dicit, qui funera comitabantur, diſ-onebant & ordinabant: *Libitinarios* au-m, qui funera efferenda conducebant cætera in eum apparatum. In Gloſſ. ἐνταφιαςὴς, ἐνταφιοπώλης vocatur Libitinarius, i locat aut vendit ea, quæ ad pompam nebrem ſunt neceſſaria, qui curam ha-t perficiendorum funerum. *The pro-der or overſeer of things neceſſary to fune-ls, he that hath ſurvey and charge about terments: alſo the ſeller of all things ne-ſary for a funeral.* Lat. *Proviſor vel in-ector illorum quæ ad funera pertinent, ille*

*ille dicitur, qui inſpectionem & curam habet de exequiis, nec non venditor omnium, quæ funeri exequendo neceſſaria ſunt.* Vidi Thom. de S. Quercu. *Libitinariorum* tamen munus honeſtius fuit, quam pollinctorum. Nam *libitinario* ſervus *pollinctor* adjungitur *ff. l.* 14. *tit.* 3. *l.* 5. §. 8. *Si libitinarii, quos Græci* νεκροθάπτας, *id eſt, mortuorum ſepultores vocant, ſervum pollinctorem habuerit.* Vid. de his pluribus *Martin. Lexic. etymolog.* in voce *Libitinarius.*

§. 5. Sequuntur *Pollinctores*, quorum munus erat, teſte Anglo *Franciſc. Rous in Archæolog. Attic. pag. m.* 244. *edit. Oxford.* 1651. *To toock out his bowles and with heated water, which they put in a* labrum *kept in a temple for the purpoſe, washed the body.* Lat. *Viſcera parandi & aqua calida, quam infundebant in labrum, quod in hunc finem in templo ſervabatur, cadaver abluebant.* Quem ritum etiam tangit *Dieter. in Antiq. Bibl. fol. m.* 147. ad quem benevolum Lectorem remittimus. Pollinctor igitur dicebatur a verbo *pollincio* vel *pollingo*, uti *Martin. in Lexic. Etymolog.* cum *c* & *g* olim eadem

literr

era fuerit. Gloſſ. (1) perlino cada- r, (2) curo ad ſepulturam, (3) ad pulturam fero, (4) ſepelio. Angl. *Thom.* *S. Quercu* reddidit: *To anoint or em- lm, to dreſs or cheſt, or perfume a dead dy with ointment, to do all things per- ining to burial, to carry the dead body burial, to bury.* Latin. *Collinire, bal- ate condire, parare vel ſepelire, vel un- ento cadaver illinire, omnia exequi quæ ad nera requiruntur, efferre cadaver, humare.* inc *pollinctor*, qui *pollincit* vel *pollingit*. *He at had the washing, dreſſing, cheſting embalming of a dead corps, an anointer embalmer.* Lat. *Pollinctor ille diceba- r, cui commiſſa erant cura abluendi, pa- ndi, ſepeliendi, vel balſamo condiendi rpus mortuum, balſamo conditor. Pollinctor* ctus quaſi *pollutorum unctor*, *Fulgent. erott.* quaſi *pollutor.* Quidam ex pani- as *polline* factis in funebri epulo. *Serv.* *Virgil. pollinctores* dictos ſcribit, quod ortuis os *polline* oblinerent, ne livor pareret extincti. *Turneb. lib.* 28. 31. *dverſ. Pollinctor*, inquit, *vocatur*, *i corpus mortui lavat & ungit curatque; pelle, ut opinor, ungenda ficto vocabulo,*

*quaſi*

*quaſi pellis unctor. velpotius pollicere tanquam perungere, id eſt, perundare, quod eo audacius & fortaſſe inconſideratius affirmo, quod in mixtis vetuſtis monumentis pellinctor reperitur.* plura videantur apud *Martin. in Lexic. Etymolog. Græcis* pollinctor ἐνταφιαστὴς eſt, item νεκροφόρος, νεκρόκοσμος. Ita *pollinctores* erant, qui corpora mortuorum condiebant, imo ſimul, ut *Menochio* placet, *funeratores*, qui corpora involvebant. verbum enim ἐνταφιάζειν notat corpus ad ſepulturam componere, ſeu corpus defunctum aromatibus condire & conditum ſepulchro condere. Si reſpicimus ad propriam ſignificationem *entaphiaſtes* idem ac funerator. vid. *Dieter. antiqu. Bibl. fol. m.* 146. *Kirchman. de fun. Rom. p.* 75. *ſeq.* qui fuse hanc materiam tractarunt. *Cl. Salmaſ. in Plinian. exercitat. fol. m.* 745, putat *pollictores* ſcribendum eſſe vel *perligatores*, uti in antiquis codicibus reperiretur. Differunt tamen ἐνταφιάζειν & ταριχεύειν. ἐνταφιάζειν eſt ſimpliciter funerare, id eſt, curare ad ſepulturam. Judæi ſolebant id facere ungendo & aromata exterius corpori applicando, deinde & faſciis involvendo, ſic

u

legimus de Salvatoris noſtri corpore, *arc.* 16. & *Joh.* 19. Ταριχεύειν proprie intrinſecus exenterato corpore & cere-o per nares extracto, ut ſolebant Ægy-i, funerare. vid. *Iſaac. Caſaubon. exercit.* . *in annal. Baron.* conf. *Cl. Salmaſ. ex-itat. Plin.* ubi etiam hæc diſtinctio re-ritur. Sed hæc de pollinctoribus ſuffi-nt.

§. 6. Unctione rite peracta & facta, rpus linteo tenui involvebant Græci a uliere vel alio amico comparato. Quod *teum* fuerit, teſtis eſt *Homer. Iliad.* 18. . 331. de *Patrocli* funere.

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, καθύπερθε δὲ
φάρεϊ λευκῷ.

eſt. In *lectis vero componentes linteo ſub-i texerunt ad pedes a capite, deſuper au-n veſte alba.* *Plutarchus* in *Arato* ad . *Continuo,* inquit, *ex Ægeo cada-r veſte alba in urbem intulerunt Sicyonii.* lebant autem in hunc uſum peculiari-t texere, uti ait *Penelope* ſua illa tanto-re laudata tela *Odyſſ.* 2.

Κοῦροι ἐμοὶ μνηστῆρες, ἐπεὶ θάνε δῖος
Ὀδυσσεύς,

Μίμνετ'

Μίμνετ' ἐπειγόμενοι τὸν ἐμὸν γάμον, εἰ
 σόκε φᾶρος
Ἐκτελέσω, μή μοι μεταμώλια νήματ'
 ὄληται
Λαέρτη ἥρωϊ ταφήιον εἰς, ὅτε κέν μιν
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανηλεγέος θανά-
 τοιο·
Μή τίς μοι κατὰ δῆμον Ἀχαϊάδων νεμε-
 σήσῃ,
Αἴκεν ἄτερ σπείρου κεῖται, πολλὰ κτεατί-
 σας.

id eſt, ex verſione *Sebaſtiani Caſtalion*[is] *fol.m.* 11.

*Juvenes mei proci, poſtquam mortuus eſ[t]*
*divinus Ulyſſes,*
*Suſtinete urgentes meas nuptias, done[c]*
*textum*
*Perfecero, ne mihi vana fila pereant*
*Laerti Heroi ſepulchrale, quando tan[-]*
*dem ipſum*
*Fatum malum tollet aſperæ mortis:*
*Ne aliqua me in populo mulierum Ach[i]-*
*varum culpet,*
*Siquidem abſque tegumento jacuerit mul[t]a*
*poſſidens.*

Ad quæ verba *Johann. Spondan. in Com-ment.fol.m.* 19. notat : *Hoc pendet ex an-*

*tiq*

*ui moris obſervatione quo ſolebant veteres* *ebrem veſtem ſibi in vita conficere, ut ob-* *vavit doctiſſ. Giphan.* Unde apud *Virgil.* 9. *Æneid.* mater ad *Euryalum* inter- tum ſic loquitur:

*--- nec te tua funera mater*
*Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi*
*Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina dieſque*
*Urgebam & tela curas ſolabar aniles.*

quæ *Johan. Ludov. Cerda* ait: *Mos* *mortalium, ut ſibi & ſuis funebres veſtes* *arent.* conf. *Feith. antiq. Homer. lib.* 1. *m.* 67. *Chryſanth. Solar. Pentateuch.* *rt. lib.* 4. *fol. m.* 354. *edit. Patav.* 1645. quis autem modum texturæ ſcire deſide- illum ad *Johan. Braunii* tract. erudi- imum mittimus, ſcil. de *veſtit. Aaron.* lib. 1. cap. 16. *pag.* 356. ſeqq. pluri- lectu digniſſima reperiet.

§. 7. *Herodotus lib.* 2 *c.* 81. ritum ſepul- alem deſcribens in hæc prorumpit verba: *actis ſeptuaginta diebus cadaver abluunt* *ſyndone byſſina totum involvunt.* En itum feralem ex ſindone byſſina con- tem, quæ erat colore albo. Separatim au-

autem & primo quidem quantum ad conveſtituram prædictam ſpectat, talem in ſepeliendis mortuis uſitatam, docet *Pauſanias in Meſſen. l. 4. Meſſenii optimates ſuos coronatos & candida veſte obvelatos efferunt.* Id etiam affirmat *Artemidorus lib. 2. c. 3.* ita ſcribens: *Viro ægrotanti albas habere veſtes mortem denotat, propterea quod mortui in albis veſtibus efferuntur.* Addit tamen citatus Auctor, quod pauperes non videantur elati albis veſtibus, ſed nigris. *Novi ego,* inquit, *multos, & pauperes, & ſervos, & vinctos ægrotantes, qui etiam, cum viderentur ſibi nigra habere veſtimenta, mortui ſint.* Veriſimile erat, hos non in albis propter inopiam efferendos eſſe. vid. *Kirchman. de funerib. Roman. lib. 1. pag. 80. edit. Brunſvic.* Rationem, cur veſtibus albis involverent ſepeliendos, reddit *Plutarch. Quæſt. Roman. Solum itaque album ſincerum eſt, & tinctura non imitabile, ac proinde convenit iis, qui ſepeliuntur. Mortuus enim ſimplex quippiam factus eſt, impermixtum ac purum.* Interim tamen non negandum apud Græcos, mortuos ſplendide ſepultos fuiſſe, id eſt, veſtibus pretioſiſſimis. patet hoc ex *Euripide*, qui de *Alceſte* ita canit:

Ἐπεὶ γὰρ ᾔσθεθ' ἡμέραν τὴν κυρίαν,
Ἥκουσαν, ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
Ἐλούσατ', ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἐσθῆτα κοσμόν τ', εὐπρεπῶς ἠσκήσατο.

Quæ verba ex verſione *Philip. Melanchton* *dit. Francof.* 1562. *pag.* 338. ita Latini- ati donantur :

*Poſtquam ſenſit fatalem diem*
*Adeſſe, fluviali aqua candidum corpus*
*Lavit, & accipiens ex cedrinis arcis*
*Veſtem & ornamenta, decore induebatur.*

§. 8. Sindone quoque mortuos involve- bant ſuos Judæi, & ſindones ſepulchrales Rabbini vocabant תכריכי המת *involucra mortuorum*, a radice כרך, *involvit, velavit:* iebantque ordinarie ex lino ſubtiliore. de quo *Cl. Samaſ. in exercitat. Plinian.* fuſe. onf. *cap.* 5. *de luctu Ebræor. pag. m.* 59. B. *Gejeri* tractatum. In eam ſententiam oquitur Cl. *Buxtorf. Synagog. Judaic. c.* 35. *Albam deinde illi tunicam induunt, & quidem vulgo eam, quam Expiationis die nduere ſolitus erat, & ita in feretrum econdunt. Antiquiſſimæ enim hoc apud iſos eſt conſuetudinis* לקבור בבנים לבנים *in veſtimentis albis tumulo mortuos manda-*

re. *Pretioſis vero veſtimentis aliis ne quidem Principem in Iſraël ſepelire licet.* Idem ex ſepultura Chriſti mos cognoſcendus. Hinc *Cl. Salmaſ.* apud *Thom. Bartholin. de latere Chriſti aperto. pag.* 377. *& ſeqq.* ait parvo linteo involutum fuiſſe caput Salvatoris, toto interim corpore faſciis religato a pedibus uſque ad fauces, inſtar infantis faſciis incluſi. Pedes autem & manus colligabant *κειρίαις*, *inſtitis*, ut ex hiſtoria *Lazari*, *Joh. XI.* 44. videre eſt. Ex his patet, emptum a *Joſepho* grande linteum tegmen, quod eſt ſindon, eamque in multas faſcias, quibus corpus Chriſti vinxit & convolvit, diviſum fuiſſe. Sic de *Lazari* toto corpore intelligendum eſt: illud, quod *Evangeliſta* dicit, pedes & manus ligatas inſtitis ſive faſciis habuiſſe. Nam in mortuis pollingendis manus demiſſas & ad latera junctas ſimul cum ipſo corpore & ad corpus ipſum colligabant. Ita ligatæ manus pene ad genua ipſa deſcendebant. vid. *Balduin. Wallæ. Comment. in Joh. XI. fol.* 929. Κειρίαι Græcis propriè vocantur *faſciæ*, ut notat *Nicol. Fuller. pag.* 166. Angli dicunt *bands or liſts of cloth to tye the hands and the feet withal.*

Lat-

at. *Ligamenta vel faſciæ ex panno, quibus manus & pedes mortuorum ſimul colligantur.* Clar. *Joh. Henr. Heidegger. in iſſert de Sepultur. mortuor. edit. Tigur.* 670. §. 30. affirmat, lintea ejuſmodi ia fuiſſe, *brevius*, quod *ſudarium* dium: *longum*, quod *ſindon* appellatum & uod reliquo corpore circumvolutum: enique ὀθόνια ſive κειρίας, *faſcias*, *inſti*s, quibus ſindo coërcetur & manus peſque ligati fuerunt. Verum σινδόνα & ὀθόνην em fuiſſe, & primo linteum amplum σινδόν ſive ὀθόνην, poſtea diſcerptum ὀθόνια ſive ειρίας appellatas eſſe, rectius tenent alii, ominatim *Salmaſ. epiſt.* 2. *de Cruc. Voſſ. armon. Evangel. lib.* 2. *c.* 12. Operæ etium etiam eſt ex *Maymonide* afferre *act. de Leg. cap.* 10. *Faſciæ librorum Les, quæ factæ ſunt vetuſtæ, involucra fiant ortuorum, & hæc eſt repoſitio earum.* Et oc modo defunctus *feralibus amiculis obictus* dicitur. Græci itaque plerumque nnes albis veſtibus humabant; Romas vero atræ veſtes in uſu erant. conf. *oh. Kirchman. de funer. Roman. lib.* 2. *g. m.* 232. 133. *ſeq.* Notanter dico *erumque*, quia *Græci* etiam atris in lu-

ctu uſi ſunt veſtibus, teſte *Euripid.* in *Iphigen. Bion* in *Epitaph. Adonid.* Sic *Homerus Thetin* futuram filii mortem deplorantem nigro tectam velo *Jovem* adire facit. *Iliad. ω.*

# CAPUT VII.

## DE CORONIS, QUIBUS CORPORA ORNABANTUR, TUM DE LECTO ET COLLOCATIONE.

§. I.

POſtquam cadavera faſciis involviſſen[t] coronis & floribus exornabantur, u[t] Anglus *Franciſc. Rous in Archaeolog. Att[ic.]* *lib.* 5. *c.* 22. refert, cujus verba hæc ſun[t] *Having thus clothed him with windingsh[eet] and his* πέπλα, *next they trim'd him w[ith] Garlands.* Lat. *Poſtquam cadaver faſc[iis] inv[...]*

*involviſſent, deinde illud ſertis adornabant.* ἐπεδίδοτο νεκροῖς ὁ ςέφανος, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις, inquit *Suidas*: *Dabantur coronæ mortuis ut vitæ certamine perfunctis.* Hunc ritum reſpiciens *Euſtathius*, patrem ob mortem filii his verbis introducit: Πῶς σε καταστεφανώσω τοῖς δάκρυσιν; id eſt, *Quomodo te lacrymis meis coronabo?* Exemplum praxeos hujus in Euripide notis videre licet, ubi *Talthybius Hecubam* alloquitur, ut *Aſtyanacti* hoc præſtet, abſente matre,

> --- --- πέπλοισιν ὡς περιστείλῃς νεκρὸν
> Στεφάνοις θ', ὅση σοι δύναμις, ὡς ἔχει
> τὰ σά.

Ita etiam in eodem *Auctore* in *Hecuba* *Talthybius* loquitur, cujus verba ex verſione *Philippi Melanchtonis pag. m.* 12. hæc ſunt: *Sed alii eorum mortuam ex manibus frondibus conſpergebant.* Et in *Troad. pag. m.* 686.

> *Habet enim coronas, quemadmodum*
> *inferis convenit.*

Et in funere filiæ *Virginii Halicarnaſſeus lib. XI.* cujus Græca Latinis verbis adducemus, quia prolixiora ſunt: *Quare ædibus exſiliebant & mulieres & virgines,*

*caſum illum lugentes, atque aliæ flores & coronas in lectum jaciebant, aliæ faſcias aut zonas, aliæ vittas virginalis comæ, nonnullæ etiam detonſos crinium tortorum cincinnos, &c.* Valde itaque antiquus mos coronandi mortuos, & videtur hæc conſuetudo originem traxiſſe a *Græcis*, de quibus *Scholiaſtes Euripid. in Phœniſſ.* Εἰώθασι στέφειν τοὺς νεκρούς. E in ipſa Tragœdia *Creon* Rex de non ſepeliendo *Polynice* ejuſmodi edictum proponit:

Ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων
Ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται,

id eſt: *Hunc mortuum quiſquis corollis induet, terraque opperiet, morte mulctator mala.* Sic *Hercules* μαινόμενος ab inferis redux apud eundem Poëtam liberos ſuos, quibus *Lycus* mortem intulerat, funebri ritu coronatos cernens in hæc erumpit verba:

Τί χρῆμα, τέκν' ὁρῶ πρὸ δωμάτων
Στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεστεμμένα

*Quid hoc rei? video liberos meos ante domum coronatos capita mortuorum ritu.* Tetigit hoc inſtitutum etiam *Ariſtophan.* ἐκκλεσιαζούσαις. Ita enim induxit virum uxorem increpantem, quod eum in lectu-

lo

o dormientem reliquiſſet, tanquam cadaver. Addit enim nihil deſiderari potuiſſe, ut plenam ſpeciem ejus rei redderet, niſi quod coronam capiti ipſius non impoſuerat. Cur autem mortui coronati fuerint, variæ cauſæ ſunt, ut ſcil. ſint indices & teſtes, quod ex ingenti ergaſtulo humanarum miſeriarum erepti, perpetuæ reddantur quieti ac æterna donentur felicitate. *Quare*, ait *Hadrian. in alterc. mortuus coronatur?* reſpondet *Epictetus: Agonem ſe vitæ tranſegiſſe teſtatur.* Apud omnem antiquitatem itaque viguit mos coronandi mortuos.

§. 2. Etſi *Lycurgus* defunctis dempſerat illum ambitioſum luctum & pompam, eos tamen ſepeliri voluit ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας τεθέντας, τὸ σῶμα περιστέλλεσθαι κατ' ἴσον ἅπαντας, *in purpureo amictu & foliis oleæ poſitos corpore contegi ex æquo omnes.* Itaque quamvis alibi mortui ſumptuoſius efferrentur, tamen hic mos *Lacedæmoniis.* *Lydiadæ* corpus ἐκόσμησε πορφυρίδι, καὶ στέφανον ἐπιθεὶς, πρὸς τὰς πύλας τῶν Μεγαλοπολιτῶν ἀπέστειλεν, *ornavit purpurea veſte, & impoſita corona ad portas Megalopolitanorum miſit.* Hic mos *Athenis* viguit.

Nam ibi quoque ab amicis coronæ conjiciebantur in mortuos. Quo exemplo, *Pa-roclo* mortuo, *Pericles* adferens defuncto coronam, in illius aſpectu fregit priſtinam illam & inflexibilem animi conſtantiam. Qui coronarum conjectus & *Lacedæmoniis* in uſu fuit, ubi *Pelopide* interfecto certatim congeſta ſunt τρόπαια καὶ στέφανοι, καὶ πανοπλίαι χρυσαῖ, *tropæa & coronæ & omnis generis armaturæ aureæ.* Is quoque mos coronandi mortuos a cæteris gentibus Romam tranſlatus eſt, de qua re vid. *Kirchmann. de funer. Roman.*

§. 3 Coronæ autem hæ plerumque nectebantur e floribus frondibuſque omnis generis. Et corona ea ratione concinnata, a Græcis vocabatur ἔρως, παρὰ τὴν ἔραν τὴν γῆν, τοῦτ' ἔστι, στέφανος ἐκ γῆς ἠερανισμένος, *a dictione Era terra, hoc eſt, corona a terra connexa ſeu collecta, nempe e floribus ſpecioſiſſimis*, ut diſcimus e loco *Luciani de luctu*, ubi is deſcribit morem ſepeliendi mortuos. Ait enim eos lavari, ungi, coronari τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, *ſpecioſis floribus.* Et mortuum ſic adornatum καθ' ὑπερβολὴν vocabant ἐστεφανωμένον, *coronatum*, ac ſi dicat, tunc demum vere coronatum.

rum. Quem morem ſignavit *Sophocles* *Elect. edit. Cantabrig.* his verſibus:

Ὅπως τὸ λοιπὸν αὐτὸν ἀφνεωτέραις
Χερσὶ στέφωμεν ἢ τὰ νῦν δωρώμεθα.

*Ut cæterum ipſum abundantioribus manibus* *coronemus, aut ea, quæ adſunt, donemus.* Apud *Ariſtophan. Lyſiſt.* mulier quædam hunc morem exprimit his verbis: *At tu quid jam didiciſti, ut non moriaris? opportuna eſt urna. Emet placentam melleam. At ego jam interam. Cape hæc & coronæ. Et hæc eadem accipe a me. Et hanc cape coronam. Qua re opus habes? quid deſideras? Abſcede in navem, Charon te vocat. Tu autem impedis abduci.* Cæterum hæ funebres, ut ita dicam, coronæ texebantur quoque ex *liliis.* Id diſco ex proverbiali locutione: Ἢ κρίνον ἢ κολοκύντην, *aut lilium aut cucurbitam.* Statuebant igitur *lilium* priſci ſuper mortuo, ut *cucurbitam* ſuper ſano. Ibique citatur locus *Diphili*: *In diebus ipſe ſeptem tibi ſenex volo præbere cucurbitam aut lilium.* Ac ſi dicat, intra hoſce proximos ſeptem dies tu quidem aut morieris, aut melius tibi fiet. Porro tum *olea* a *Lycurgo* inſtituta, tum laurus aliæque frondes, qui-

bus Lacedæmone mortui coronabantur, nihil aliud ſignabant, niſi victoriam hominis, qui fato functus ſit. Apud alias gentes mortui nunc olea, nunc lauro, nunc aliis foliis & frondibus redimebantur. vid. *Pfeiffer. antiquit. Græc. pag. m.* 730. *Franciſc. Rous Archæolog. Attic. Paſchal. de Coronis* variis in locis. *Georg. Caſpar. Kirchmajer. diſput. de coron. Witteb.* 1793. *Quenſted. de Sepultur. Veter. pag. m.* 45 *edit. Witteberg.* Et ſi quis in bello coronam acquiſiverat, mortuo parentibuſque ejus, dum poſitus eſſet, foriſque ferretur, ſine fraude eam imponebat, quem morem Plinius refert ad legem XII. Tab. Coronam igitur virtute partam, & ei qui peperiſſet, & ejus parenti ſine fraude eſſe impoſitam lex jubet. conf. *Cl. Salmaſ. Plin. exercit. fol.* 86. & hæ coronæ variis inſciptionibus ſervabantur, ſicut *Demoſthenes* teſtatur *in Oratione adverſ. Androtionem* paulo ante finem, cujus verba Latinitati donata fere ita ſonant: *Arbitror enim vidiſſe omnes vos in coronarum modiolis ſubtus inſcriptum fuiſſe:* SOCII POPULUM FORTITUDINIS ERGO ET JUSTITIÆ. *Aut: Socii dono Minervæ ex manubiis: aut oppi-*

*datim: illi populum, conſecrati a populo. Veluti Eubœenſes liberati corona donarunt populum. Rurſus alicubi erat inſcriptum:* CONON EX NAVALI VICTORIA PARTA DE LACEDÆMONIIS. *Tales enim fuerunt coronarum inſcriptiones.*

§. 4. Hoc facto ad veſtibulum converſa cadavera collocabantur, uti *Patroclus* in *Homero:*

Ὅς μοι ἐν κλισίῃ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ
Κεῖται ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος.

id eſt: *Qui mihi in tabernaculo confoſſus acuto ære jacet ad veſtibulum converſus. Collocationem* hanc Græci vocabant πρόθεσιν a verbo προτίθεσθαι, *collocare, laying fort.* Mos etenim funebris fuit, ut poſt efflatam animam cubiculo efferrent, & in veſtibulo ædium collocarent ad januam ipſam. quibus calculum addit *Franciſc. Rous in Archæolog. Attic. lib. 5. c. 22.* his verbis: *After they had done this, they ſet him on the ground with his feet outward toward the gate, as being never to put his foot in the houſe again.* id eſt: *His peractis* (cum ſcil. laviſſent & floribus coronaſſent) *ad oſtium admovebant, pedibus foras ſpectan-*

*tibus, quod nunquam reverſurus mortuus ac iterum domum ingreſſurus ſit.* conf. *Quenſted. de Sepultur. Veter. pag. m.* 49. *edit. Witteb.* Gloſſæ priſcæ: *Conlocatio*, ἔδος νεκροῦ: quibus ipſis etiam nihil hoc ritu frequentius. *Socrates* apud *Platonem* in *Phædone*: Μὴ γὰρ λέγε, inquit, ἐν τῇ ταφῇ ὡς ἢ προτίθεται Σωκράτης ἢ ἐκφέρει ἢ κατορύττει. *Ne in ipſo funere dixeris collocari Socratem, aut efferri, aut terra obrui.* Et lex Attica apud *Demoſthenem in Macartatum*: Τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον, ὅπως ἂν βούληται: *Mortuum collocato in ædibus, ut voluerit*, ſcil. dominus funeris. *Lucianus de luctu: Deinde lotos eos ungentoque optimo delibutos & tempeſtivis floribus coronatos collocant.* Bene προτίθενται; nam quod collocatio Latinis, πρόθεσις in hac re Græcis eſt. Cauſam hujus conſuetudinis nobis indicat *Jul. Pollux lib.* 8. *c.* 1. cujus verba Latinis ſic exprimimus: *Et verò collocationes ideo fiebant, ut cerneretur mortuus, ecqua ei vis allata.* Solebat autem hæc collocatio fieri a filiis aut certe hæredibus. Unde *Hecuba Euripidea* accepto nuncio de nece *Polyxenæ* ſic alloquitur ancillam, ut munus hoc faceret:

Σὺ δ' ἀναλαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαία λάτρι,
Βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλὸς,
Ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν
Νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον
Λούσω· προθῶμαί θ' ὡς μὲν ἀξίαν.

l eſt, ex verſione *Phil. Melancht. pag.*
. 54. *edit. Francof.* 1562.

*Tu autem accipiens urnam, antiqua miniſtra,*
*Intingens adfer huc marinæ aquæ,*
*Ut filiam lavacris poſtremis meam*
*Sponſam ſine ſponſo, virginemque non virginem*
*Lavem. Exhibebo ut digna eſt.*

t apud eundem *Poetam* in *Alceſtide Ad-*
*etus* mortem obiturus patrem mori pro ſe
ecuſantem his verſibus reprehendit:

Τοὶ γὰρ φυτεύων παῖδας οὐκέτ' ἂν φθάνοις
Οἳ γηροβοσκήσουσι καὶ θανόντα σε
Περιστελοῦσι καὶ προθήσονται νεκρόν.

eſt: *Non amplius gignes liberos, qui te*
*nem alant & morientem efferant & ſepe-*
*ant cadaver.* Hinc *Dio lib.* 58. Tibe-
ium perſtringit, *quod Liviam neque ægro-*
*antem viſerat, neque mortuam ipſe colloca-*
*erat.* de collocat. vid. *Juſt. Lipſ. Elector.*
*ib.* 1. *pag. m.* 368.

§. 5. *Collocationi* definitus & certus locus erat. Solebant enim coronatum, veſtitum, lotum & unctum cadaver ex penitiore ædium loco producere & in veſtibulo collocare ad ipſum limen. Moris autem erat, ut corpus mortui foras ſpectaret, & facie & pedibus in publicum verſis. Fortaſſe eo ſitu abitionem illam poſtremam ſignificabant. Eleganter *Perſius Satyr.* 3.

> ---- *tandemque beatulus alto*
> *Compoſitus lecto craſſiſque lutatus amomis*
> *In portam rigidos calces extendit.*

Homerus idem clariſſimis verbis teſtatur in funere *Patrocli*:

> Ὅς μοι ἐν κλισίῃ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ
> Κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος.

id eſt: *Qui mihi in tabernaculo confoſſus acuto ære jacet ad veſtibulum verſus.* Ibique interpretes, εἰς τὸ πρόθυρον, inquiunt, βλέπων. Τοιοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα τῆς τῶν νεκρῶν προθέσεως. Unde & προνωπεῖς οἱ θανόντες mortui dicuntur *Euripidi Alceſt.* ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχορραγεῖ. Quo alluſit idem in *Troadibus Hecubam* ſic loquentem inducens: *Cui & ubi ego vetula ſerviam, quæ ſum debilis & infirma, ſimilis mortuo cadaveri, quod ad oſtium poſitum eſt.* Ex quibus

us conſtat, ſitum cadaveris ita fuiſſe locatum, ut pedes in viam ſpectarent. Audiamus *Senecam epiſt. XII.* ſcribentem: *Quis eſt*, inquam, *ille decrepitus & merito ad oſtium admotus? Foras enim ſpectat. Unde iſtum nactus es? quid te delectavit alienum mortuum tollere? At ille, Non cognoſcis me? ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria adferre: ego Philoſiti villici filius, deliciolum tuum. Perfecte, inquam, delirat iſte vetulus, etiam deliciolum meum factus eſt &c.* Locus certe argutus, & cujus ſententia, quis neget, quin diſerte ad hunc ritum. Nam ait, illum ſenem merito ad oſtium admotum. quare? quia ludere ei viſum & in officium hominis, oſtiarius enim erat, & in ſenium, quaſi jam in extrema regula ſtaret ſemimortuus & ideo jure ad januam collocandus. Ait etiam foras eum ſpectare, quid, niſi alludens ad illum corporis mortui ſitum, foras & in publicum obverſi? conf. *Feith. antiq. Homer. pag. m. 67.*

§. 6. Silentio non prætereundum eſt, quod mortuos vel humi collocarint. *Artem. l. 1. de nativ. Valer. Maxim. lib.* 1. c 8. vel in *alto lecto. Perſ. Satyr.* 3. quibus aſſenſum

ſum præbet ſæpe citatus Anglus *Franciſ. Rous in Archæolog. Attic. Then they took him and put him into a couch or a bed* (*lecto imponebant*) *to be in a readineſſe te be carried to his bed, for ſo* Lycophron *calls the grave* ἐυναστήριον, *as it is likewiſe termed* κοιμητήριον, *and ſo the dead are called* ἑύδοντες *and* καταχεκοιμημένοι. *for dead is a long ſleep, as ſleep is a ſhort death.* Lat. *Lecto itaque imponebant cadaver, quo facile efferri in dormitorium poſſit; nam ſepulchrum* Lycophron *vocat* ἐυναστήριον. *Mors etenim ſopor longus, quemadmodum ſomnus brevis mors eſt.* Lectum Græci λέκτρον vocabant, de qua re *Martin. Lexic. Etymolog.* in voce hac videndum. Sic etiam *ſtratum* paſſim dicebant, uſitatius tamen & frequentius nomen *lectus*. Sic *Homerus* de Achillis cadavere *Odyſſ.* 24. *verſ.* 44. *Depoſuimus in lectis expurgato corpore pulcro*, te ſcil. o *Achilles*. Et *Iliad.* 24. *verſ* 707. Hectoris cadaver dicitur jacuiſſe ἐν λεχέεσσι in lectis poſitum. dein iterum *verſ.* 720. *torno elaboratis in lectis.* Expreſſe quoque κλινὶς, hoc eſt, *lecti* mentionem injecerat *Thucyd. lib.* 2. *de bell. Pelopon.* quæ mortuorum *theca* erat teſte *Cl.*

*Salmaſ.*

*[Sa]lmaſ. in exercitat. Plin. fol. m.* 849. *edit. [T]raject. ad Rhen.* 1689. Lectus is funebris [et]iam alio nomine *feretrum* Latinis, [G]ræcis φέρτρον & φέρετρον vocabatur, ſicuti [V]*arro lib.* 4. *de LL.* 35. docet: *Super le[ct]ulis origines, quas adverti, hæ. Lectica, [q]uod legebant, unde eam facerent, ſtramenta [a]que herbas, ut etiam nunc ſit in caſtreis. [L]ectos, ne eſſent in terra, ſublimes in heis po[ne]bant. Niſi ab eo, quod Græci antiqui [d]icebant* λέκτρον, lectum *potius. quam lecti[cul]um, quod involvebant, quod fere ſtra[m]enta erant e ſegete*, ſegeſtriam *appella[ba]nt, ut etiam nunc in caſtreis. Niſi a Græ[ci]s: nam* στέγαστρον, *ubi lectus mortui fertur, [d]icebant. Feretrum noſtri, Græci* φέρτρον [κ]ὴ φέρετρον. *Iſidor. Hiſpalenſ. lib.* 20. *[O]rig. c.* 11. *Feretrum dicitur, q od in eo [m]ortui deferantur & eſt nomen Græcum. [N]am* φέρετρον *dicitur* ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, *[a] ferendo.* conf. *Martin. Lexic.* in voce *Fe[re]t. Et Cl. Salmaſ. in exercit. Plin. fol. [m]ih.* 859. & Latine *capulus* vocatur, quod [ſu]per *capite* hominum feratur. Sic *Plauto [c]apularis ſenex*, id eſt, vicinus capulo. *Fe[ſt]us l.* 20. *de Verb. ſignif. Capulum & ma[n]ubrium gladii, & id, quo mortui efferun-*

*tur.*

*tur. ſane a capulo fit capularis.* At vero *Nonius Marcell. de proprietat. Serm. c.* 1. §. 13. *Capulum dicitur, quod aliquam rem in ſe capit : Nam* ſarcophagum, *id eſt, ſepulcrum capulum veteres dici volunt, quod corpora capiat.* Verum teſte *Cl. Salmaſio fol. m.* 848. prorſus male *Nonius.* Melius gloſſarum veterum conſarcinatores, qui *kapulum*, in quo mortui deferuntur, cum *kappa* ſcribunt, ut diſtinguatur a *capulo enſis*, qui a *capiendo* dictus eſt, quod capiatur. At *capulus mortuorum* ex Græco κάπελος, quæ *præſepem* & φάτνην ſignificat. Feretra, quibus plebejorum cadavera deportabantur, *ſandapilæ* dicebantur. *Fulgent. libell. de priſco ſermone ad Chalcidium Grammatic.* refert, quod *ſandapilam antiqui dici voluerint feretrum mortuorum, id eſt, loculum, non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebejorum atque damnatorum cadavera portabantur, ſicut* Steſimbrotus Thaſius *de morte* Polycratis Samiorum *Regis ſcripſit : Poſtquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt. Gloſſar.* νεκροφορεῖον vocat *ſandapilam. Gloſſæ* nondum editæ, quas citat *Cl. Salmaſ. in Exercit. Plin. fol. m.* 848. *Sandapila, feretrum*

*trum, quo mortuorum pauperum cadavera*
*l ſepeliendum ejiciuntur ſine ditiori appa-*
*tu: dicta ſandapila quaſi ſine dapilia.* Imo
*ndapila* eſt σανιδοπύελ@ ex tabulis &
ſeribus compacta arca. Græci σορὸς vo-
ant, quas ligneas fuiſſe conſtat. Nam
ροπηγοὶ dicti ſandapilarii, qui arcas eas li-
neas & ſandapilas compingebant. vid. *Ni-*
*rch. lib. 2. Antholog.* Nonnunquam et-
m πύελον, *ſarcophagum* vel *arcam* voca-
ant, teſte *Juvenale*, qui de *Alexandro* ita:

*Cum tamen a figulis munitam intraverit*
*urbem,*
*Sarcophago contentus erit.*

ύελον intelligit. Nam Græci, qui corpora
efunctorum non cremabant, condere ea ſo-
iti erant πυέλοις ex lapide ut plurimum fa-
tis, cui natura eſt eſt corpora cito abſumere.
Talis *Aſſius* fuit lapis, quem & σαρκοφάγον
ropterea nuncuparunt. *Plin. lib. 36. c. 17.*
*n Aſſo Troadis ſarcophagus lapis fiſſili vena*
*cinditur.* vid. *Clariſſ. Salmaſ. Exercitat.*
*Plin. fol. m.* 847. Poſtea σαρκοφάγοι abſolute
icti ſunt quilibet mortuorum loculi, etiam
i ex alia materia fierent. Hodie autem *ſar-*
*olium* dicimus quamlibet arcam ſepulchra-
em voce detorta ex *ſarcophagulus.*

C A-

# CAPUT VIII.

## DE

# RITU EFFERENDI ET PORTANDI CORPORIS.

§. I.

EFferre nihil aliud ſignificat, quam *foras ferre.* Ad quam faciem & *Theocritus Idyll.* 15. ἔξω φέρειν dixit. *Donatus* ad *Andriam Terentii*, *effertur*, inquit, ἐκφέρεται. *Græcum eſt ; hinc Græcis* elatio *eſt* ἐκφορὰ *vel* ἐκκομιδή. *Suidas* ἐκφέρεται. Quare ἐκφορὰ, *elatio*, denotat etiam *funeris ductionem.* de quibus *Joh. Kirchman. de funer. Roman. lib.* 2. *pag. m.* 117. *edit.* Brunſv. vid. *Ælian. Var. hiſtor. lib.* 8. *cap* 4. *pag. m.* 400. *edit. Argentor.* 1685. Tempus *elationis* varium ſtatuitur. antiquis temporibus nocturnum fuiſſe teſtatur *Servius ad lib.* 11. *Æneidis.* Verum *Franciſc. Rous in Archæolog. Atticæ lib.* 5. *c.* 23. *pag. m.* 248. & *D. Quenſtedt de Sepultur. Veter. pag. m.* 55. aſſerunt

opti-

timum ſepeliendi tempus diem, non no-
m fuiſſe, & hoc colligunt ex verbis
etæ, ubi *Caſſandra Talthybio* minatur,
od noctu terræ ſit mandandus, ita in-
iens *in Troad. v.* 446.

Κακὸς κακῶς ταφήσῃ νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ.

*Certe malus male ſepelieris noctu, non interdiu.*

uare proximo die poſt *collocationem* ante
olis ortum efferebant mortuos, uti *Homer.*
funere *Hectoris Iliad.* 11. teſtatur. Ita
thenienſes cadavera ſuorum defunctorum
nte Solis exortum efferre ſolebant, ſicut le-
e caverat *Solon*, quæ recitatur apud *De-
oſthen. Oration. ad verſ. Macartatum, fol.*
37. CADAVER AUTEM POSTRI-
DIE, QUAM POSUERUNT, ANTE
OLIS ORTUM EFFERUNTO. De
*venibus*, qui acerba morte perierant, ante
cem efferendis *Euſtathius* claris verbis af-
irmat, quæ *Muretus lib.* 13. *c.* 11. ita circum-
oquitur: *Apud majores qui juvenes im-
aturam, ut videbantur, mortem obierant,
lbeſcente cælo ante Solis exortum a propin-
uis efferri ſolebant, quod nefas opinarentur
anti mali tantaque calamitatis ſpectatorem
c teſtem eſſe Solem.* Ideo etiam boni omi-
nis

nis gratia ἡμέρας ἁρπαγὴν vocabant hujusmodi matutinam funeris elationem, ut refert *Heraclides in allegor. Homer.* haud longe a fine. Mos erat antiquis defunctorum corpore neque noctu neque circa meridiem efferri, ſed primo diluculo oriente Sole & nec dum ignitos mittente radios. Itaque generoſo quopiam & famoſo juvene mortuo, matutinam funeris elationem fauſti ominis gratia DIEI RAPTUM appellabant, tanquam non exſpiraſſet, ſed amoris deſiderio raptus eſſet. Alluſit & *Theocritus Idyll. XV. de Adonide* ad hunc ritum:

> Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
> Οἰσεῦμες ποτὶ κύματα. h. e.

*Sub auroram vero nos illum, dum ros eſt frequentes foras feremus ad fluctus.*

§. 2. Ipſum actum quod concernit, efferebatur lectica ſeu arca cadaver, aſt ſuper humeros hominum, uti *Scholiaſtes in Homerum* ἀλλὰ ὑπὸ ἀνδρῶν. & *Euripides* de *Alceſte* loquens, ubi de *ſervis*, qui πρόσπολοι dicebantur, verba facit hoc modo:

— — — πρόσπολοι

Φέρουσι

Φέρουσιν ἄρδην πρὸς τάφον τε, καὶ πυρὰν.

x verſione *Philippi Melanchton pag. m.*
. *Mei miniſtri cadaver omnino ornatum*
*nt ſublime ad ſepulturam & rogum.* conſ.
*yſanth. Solarii Pentateuch. mort. lib.* 4.
*m.* 295. In eodem ſenſu uſurpat Φο-
*ρην* in alia Tragœdia, ubi de *Rheſo* lo-
ur, qui elatus & ſepultus a matre *Ter-*
*ore* dicitur, cum *Ulyſſes* eum occidiſ-

Τίς ὑπὲρ κεφαλῆς ὁ θεὸς, ὦ βασιλεῦ,
Τὸν νεόδμητον ἐν χεροῖν
Φοράδην πέμπει - - -

xverſione *Philippi Melanchtonis pag. m.*
5. *Quis ſupra caput Deus, o Rex, re-*
*s cadaver in manibus geſtat?* Ex his ſane
ſtat quod hoc munus non modo pro-
qui, ſed etiam ſervi peregerint. Et li-
ſervis hoc delatum fuerit, attamen pro-
ile etiam eſt, quod deferendi officium
rumque proximis hæredibus virilis ſexus
um fuerit. Hinc Lyricæ feſtivitatis
eſignanus, Romanorumque Pindarus
*rat. lib.* 2. *Satyr.* 5.
- - - - *cadaver*

*Unctum*

*Unctum oleo largo nudis humeris tu*
*hæres.*

Nonnunquam & ſervi libertati donati ca
daver domini ſui efferebant & Imperat
rum aliorumque de Republica meritoru
feretra ſubibant. conf. *Joh. Kirchman.*
*funer. Roman. pag. m.* 175. *ſeq. lib.* 2.
*Quenſted. de Sepultur. Veter. pag. m.* 5
Hoc Græci a Judæis didicerunt, qui mo
tuos ſuos humeris portabant. *Regum f*
*nera*, inquit, *Schickard.* de jure *Re*
*Hebr. c.* 6. *pag.* 160. *Fuerunt in hume*
*etiam longiſſimam ſæpe viam exportata*
*qui honor ne malis quidem regibus & o*
*habitis publice fuit denegatus.* Cujus h
manitatis notabile ſpecimen ediderun
Phariſæi poſt fata Jannai. Elatum ſic fu
ſe *Herodem* per ducenta ſtadia, itinere ſ
quitriduano, poſt pauca ex *Joſepho de B*
*lib.* 1. *cap. ult.* refert, inquiens, *Herod*
*Magnates Iſraël ferebant ſuis humeris, t*
*de ac graviter incedentes.* Idem tradit *H*
Efel. *cap.* 4. §. 2. conf. *B. D. Gejer.* tract
*luctu Ebræorum, pag. mih.* 85. *edit. L*
1656.

§. 3. Cadaveribus eorum, qui vi p
tabantur perempti, haſta vel alia arma p
fe

rebantur, teſte *Jul. Poll. lib.* 8. *Onomaſt.* 7. quem morem uſitatum fuiſſe, exhibet *ranciſcus Rous in Archæolog. Attica, lib.* 5. *p.* 23 *pag. m.* 249. his verbis: *If the par- dyed of a violent death, eſpecially in a ght, they uſed to carry forth ſpears and o- er arms and armour along with the corpſe, the Arcadians did at the funerall of allas -- -- haſtam alii, galeamque fe- nt. And it is likely they held thoſe ſpears the wrong end too, as the cuſtome is ith us at the burial of a Souldier; and as ey did then -- -- -- verſis Arcades mi.* Lat. *Si quis periiſſet morte violen- , ſpecıatim in prælio, ſolebant lanceas & ia arma & armaturam cadaveri antefer- ; ſicut Arcades obſervarunt in funere alladis -- -- haſtam alii, galeamque fe- nt. & probabile videtur, illos geſſiſſe lan- as inverſas, ut mos apud nos obtinet in nere militis & ut tunc temporis fecerunt -- -- verſis Arcades armis.*

iter exequias eundum viri præcedebant, ulieres ſequebantur ex lege, quam citat *emoſthenes Orat. adverſ. Macart. fol.* 37. Βαδίζειν δὲ τὺς ἄνδρας πρόϛθεν, αν ἐκφέρων), τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. *Vi-*

*ri, cum effertur funus, antecedebant: mulie-res pone ſequebantur.* Nec tamen omni-bus hoc licuit mulieribus, ut in eadem lege mox indicatur. Sic enim verba ejus legis habent: *Mulieri nefas eſto in bona de-functi ingredi, itemque ſequi cadaver, cum in monumenta ducitur, annis ſexaginta mino-ri, iis exceptis, quæ intra ſobrinas ſunt: nec in bona defuncti ingrediatur, poſtquam elatum fuerit cadaver, mulier ulla, iis exce-ptis, quæ intra ſobrinas ſunt.* Sic tam inter viros, quam fæminas præcedebant qui genere erant proximi. *Oppian. Halieut. δ. v. 256. ſeq.*

– – Ἀρτιφάτου παιδὸς νέκυν ἐκ μεγάροι[o]
Τύμβον ἐς ἀμφίκλαυστον ἑοὶ στέλλουσι το-
κῆες
Τηλύγετον.

*Nuper mortui filii cadaver ex ædibus*
*Sepulchrum ad lachrymabile ſui proſe-*
*quuntur parentes*
*Unicum.*

*Sophocl. Ajace Flagellifero, v. 1189. ſeq. edit. Cantabrig. pag. m. 59.*

Πάρεισιν ἀνδρὸς τοῦδε παῖς τε καὶ γυνὴ
Τάφον περιστελοῦντε δυστήνου νεκροῦ.

*Adſunt hujus viri filius & conjux*

Τα

*Ut exequias parent infelici mortuo.*
*omer. Iliad. π. v. 456. 457.*

Ἔνθά ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε
Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θα-
νόντων.

*i ipſum ſepelient fratreſque familiareſque onumentoque columnaque : hic enim honor mortuorum.* Propinquos alii ſequebantur populo, ſi ut apparet ex *Terent. Andr.* 1. *en.* 1. 90. ubi *Simo* ad *Soſiam* de *Chryſidis* nere loquitur:

*Effertur*, ait, *imus.*

t rurſus *verſ.* 10.

*-- -- Funus interim*
*Procedit, ſequimur : ad ſepulchrum*
*venimus.*

i autem ad funus invitabantur. Unde *uripid. in Alceſte* :

Οὐτ' ἦλθες εἰς τόνδ' ἐξ ἐμοῦ ἐκληθεὶς τά-
φον.

*Non veniſti vocatus ad me ad hoc fu-*
*nus.*

unere hoc invitandi apud Romanos in neribus indictivis præco fungebatur, forula uſus conſueta apud *Feſtum* in voce *uiris.* & *Varron. lib.* 6. *de LL.* Cum itaue de loco moverentur cadavera, videtur

ac ſi inter ſe invicem mortuo bona precaa-
ti eſſent, aut virtutes laudaſſent, aut tutee-
læ inferorum commendaſſent, uti conje-
cturamus ex verbis *Admeti* ad populum *Phe-*
*ræ* ad matrem de uxore.

Ὑμεῖς δὲ τὴν θανοῦσαν, ὡς νομίζεται,
Προσείπατ' ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδόν.

id eſt, ex verſione *Philippi Melanchtoni*
*pag. m.* 355. *Vos mortuam, ut fas eſt, ſa-*
*lutate egredientem poſtremam viam.* conf.
*Euripid.* variis in locis, ubi plurimæ ſco-
mulæ occurrunt. vid. *D. Quenſted. de Sepu-*
*tura Veterum, pag. m.* 66. Audiamus etiam
alios & præprimis *Alexandrum ab Alexan-*
*dro Genial. dier. lib.* 3. *pag. m.* 645. Om
munere abſoluto ſupremum *Salve* & *V*
conclamabant. *Servius* tradit ſmortuis d
ſolitum, VALE, VALE, VALE
& ad lib. 3. Æneid. de funere *Polydori*,

-- -- --- *animamque ſepulchro*
*Condimus.* & *magna ſupremum v*
*ciemus.*

ubi *Servius*: *Dicebant* VALE, *nos te*
*mnes eo ordine ſequemur.* Ex Græcis A-
*temidorus Daldianus lib.* 1. cujus verba
tine reddita hæc ſunt: VALE *autem*
SALVE *neque dicere, neque audire bon*

*e enim ſe invicem accedentes, neque quic-am facturi hæc dicunt homines, ſed ab vicem diſcedentes,* &c.

§. 4. Qui arcam ſepulchralem ſequeban-r & ad funus invitabantur, interdum pe-bus incedebant, (ſi quis eſſet, quem ho-oribus magnis afficiebant) interdum au-n rhedâ id fiebat. Sin vero publica perſona ſet, teſte *Diogen. Laërt.* vel in dignitate nſtituta, omnes albis veſtibus induti & ronis ornati incedebant, uti teſtimonio o probat *Plutarchus* in funere *Timoleon-* & *Philopœmenis.* Et apud *Halicarnaſſe-e lib.* 5. legimus eandem ceremoniam de nere *Bruti.* Hoc exemplo *Sicyonii* cum *rati* reliquias conderent, conſpecti ſunt ronati λευχειμονοῦντες, cum *albis veſtibus*, c eſt, puras veſtes ferentes, ut de iis, i *Timoleontis* funus proſequebantur, lo-itur *Plutarchus.* Hujus moris meminit *riſtophan.* ἐκκλησ. in hoc loco:

Ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσας ἐπιλαβοῦσα τοὔγκυκλον
Ὤχου καταλιποῦσ' ὥσπερεὶ προκείμενον
Μόνον οὐ στεφανώσασ' οὐδὲ ἐπιθεῖσα λήκυθον.

*d me ſpoliata & capta mea veſte abiiſti, me) relicta quaſi mortua, tantum non ronata, neque impoſito lecytho.*

§. 5. In elatione ſimul lacrymæ effundebantur, uti refert *Franciſc. Rous in Archæolog. Attic. lib. 5. cap. 23. pag. m. 249.* his verbis ex *Demoſthene ad Macart. The women come whining behind, every one with a* πέπλον *about her, whatſoever that was.* Lat. *Mulieres ſequebantur flentes, quævis peplo involuta, quicquid hoc fuerit.* De lacrymis conſtat, cum naturæ impoſſibile videatur ſine dolore funera ſpectare mortuorum, vid. *Chryſanth. Solarii Pentateuch. Mortuor. lib. 2, fol. 78.* Teſtatur hoc *Ovidius epiſt. 11.* ubi *Canace* in funere filii loquitur:

*Non mihi te licuit lachrymis perfundere juſtis.*

Lacinia, vel ut ſacrificantes, caput linteo obducebant, eoſque agnati vel cognati proſequebantur. Tum mulier *funera* reliquum funus faciebat cum magno fæminarum comitatu, defunctique nomen vocabat canora ubique voce, teſte Propert. *l. 2. Eleg. 10.* Dicebantur autem *funeræ mulieres*, ad quas funus pertinebat. Dehinc ſequebatur omnis turba obſoleto veſtitu, qua funus claudebatur. Unde *Apulej. lib. 4. Floridor.* etiam Æſculapium ſublaudans: *Is*, inquit, *cum forte in civitatem ſe reciperet, &*

*rure*

*re ſuo ſuburbano rediret, adſpexit in pome-is civitatis funus ingens locatum, plurimos mines ingenti multitudine, qui exequias nerant, circumſtare omnes triſtiſſimos & ſoletiſſimos veſtitu.* De ritu obſoleti ve-tus teſtantur vel bini loci in *Euripid. Al-ſt.*

> Καὶ μέλανα στολμὸν πέπλων ἀμφιβαλώ-
> μεθ᾽ ἤδη.
>
> *Aut pullo cultu veſtium jam indui opor-*
> *tet.*

lter, ubi *Admetus* de funere conjugis eginæ, ex verſione *Philip. Melancht.* di-t:

> *Omnibus autem Theſſalis, quibus ego*
> *impero*
> *Hujus mulieris luctus jubeo eſſe parti-*
> *cipes,*
> *Comæ raſura & pullis amiculis.*

ongo etiam ordine tedæ lucebant ; & im vel ante lucem vel noctu & obſcura ce mortuos efferebant : quam conſuetu-nem Græci quoque obſervarunt, qui thenis ante Solis ortum mortuos effere-nt. Teſtatur inſuper & Theocriti In-rp. juxta mortui cadaver, quamdiu ſu-

per terram eſſet, ignem accenſum conſervatum. Ignis autem ille videtur fuiſſe ex ſcirpis fragilibus paluſtribus, detracta cortice paratus, cujuſmodi candelas in funeribus adhibuiſſe veteres refert *Plinius L. 6. N. H. cap.* 37.

---

# CAPUT IX.

## DE MINISTERIO FUNERARUM ET SITICINUM.

### §. I.

QUo igitur luctus rite peragatur, Judæi habebant מקוננות, *lamentatrices mulieres*, uti ex *Jerem. cap* 9. *v.* 17. conſtat, cui calculum addit B. Schickardus in ſuo משפט המלך. *pag. m.* 414. *ex edit. Maxim. Reverendi Carpzovii.* Verba ejus adſeremus: An eos ſcil. Siticines adhibuerunt veteres Ebræi, equidem ignoro.

In

Inquiſivi curioſe, ſed nondum reperi ullum ejus veſtigium, niſi forte המקוננות, *lamentratices* mulieres *Jerem. IX.* huc referri debeant, quæ anus pretio conductæ ululatu ſuo lugentibus lacrymas eliciebant, ut apud Romanos *Præficæ.* Hujuſmodi lamentatricum non ſolum, ſed etiam lamentatorum marium meminit *Maymonid. cap. XII.* §. 1. ההספד, planctus demortuo eſt honorificus: quapropter adiguntur (moribundi) hæredes, ut mercedem ſolvant המקוננים והמקוננות *lamentatoribus & lamentatricibus*, plangantque ipſum. Et ſi præceperit, ne ipſum plangant, planctum quoque intermittent. Verum ſi præceperit, ne ſe ſepeliant, non obediunt ipſi, eo quod injuncta ſit ſepultura *Deut.* 21. 23. Hos ſecuti ſunt *Romani*, qui *Præficas* conducebant, ut ad tibias funebres lamentabile aliquod & inconditum carmen ad deplorandum ac collaudandum mortuum apprime accommodatum canerent. *Feſtus* ita deſcribit: *Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant cæteris plangendi modum.* confer. *Chryſanth. Solarii Pentateuch. mortuor. fol. m.* 201. His calculum addit

*Alexander ab Alexandro lib.* 3. *Genial. dier. pag. m.* 627. *Præficaſque, quæ luctui præeſſent, advocare, vel pretio conducere ſolebant, quæ cantu & funebri carmine lamentarentur, vitamque & præclara geſta ſummaſque virtutes non ſine miſeratione laudarent.* Cui addimus *Nonium Marcellum*, cujus hæc verba ſunt: *Præficæ dicebantur apud veteres, quæ adhiberi ſolebant funeri, mercede conductæ, ut & flerent & fortia facta laudarent.* vid. *Tiraquell. Comment. in h. l.* & *Joh. Kirchman. de funer. Rom. pag. m.* 148. Phrygum inventum fuit, teſte *Varrone lib.* 4. *de vit. pop. Rom. Ibi a muliere*, inquit, *quæ optima voce eſſet, Pergama laudari; deinde næniam cantari ſolitam ad tibias & fides eorum, qui ludis* Troicis *curſitaſſent.* Hæc mulier olim vocata fuit *Præfica* uſque ad ſecundum bellum Punicum.

§. 2. Antequam autem de his agamus, notandum, pleraſque gentes cum cantu mortuos ſuos extuliſſe, ut auctor *Macrob. lib.* 11. *Som. Scip. c.* 3. *Mortuos*, inquit, *ad ſepulturam perſequi oportere cum cantu, plurimarum gentium & regionum inſtituta ſanxerunt, perſuaſione hac, qua poſt corpus*

*us animæ ad originem dulcedinis Muſicæ, id eſt, ad cœlum redire credantur.* conſ. *Dilherr. diſputat. pag. m.* 451. *Franciſcus Rous Archæolog. Attic. lib.* 5. *c.* 24. *pag. m.* 250. ..ationes, cur factum hoc ſit, videantur apud *Joh. Kirchmmann. de funer. Roman.* 34. *edit. Brunſvic.* Erant autem lugubris & lamentabilis hujus cantus artifices ..uum gunerum, SITICINES & PRÆ..ICÆ. De *Siticinibus* videantur *B. Dillherr. lib.* 2. *elect. c.* 21. *Salmuth ad Panciroll. l.* 1. *memor. c.* 62. *pag.* 340. *Demſter. ad Roſin. Antiquit. Rom. l.* 8. *pag.* 1251. *Gell. lib.* 20, 2. in hæc verba prorumpit: *Nos autem,* inquit, *in Capitonis Atteji conjectaneis invenimus, Siticines appellatos, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent, hoc eſt, vita functos & ſepultos: eoſque habuiſſe proprium genus tubæ, qua canerent, a cæterorum Tibicinum proprietate differens.* Quos *Siciniſtas* vulgus dicit, qui rectius locuti ſunt, *Sicinniſtas* litera *n* geminata dixerunt. Hi ſunt monumentarii κεραῦλαι, quaſi *cornicines. Pollux lib.* 4. 9. ait, threnis accommodatas tibias προβατηρτυς. Hi *Siticines* iterum duplices erant vel *Tubicines* vel *Tibicines.* Nam & tubarum & ti-

tibiarum frequens fuit in funeribus uſus. *Tubicines* adhibebantur in ſepultura nobilium ſeu funeribus indictivis, ſcilicet ad populum claſſico convocandum, uti notat *Juſtus Lipſius lib. 4. de Milit. Rom. cap.* 10. cui conſentiunt *Joh. Kirchman. de funer. Romanor. pag. m.* 139. *edit. Brunſvic. Thom. de S. Quercu in Lexico ſuo Etymolog.* Verum enim vero illis cum *Cl. Caſpar. Bartholino* aſſentiri non poſſumus, qui nimis anguſtos rei ubique uſitatiſſimæ limites adſcribunt, dicentes in juvenum exequiis tantum uſurpatas fuiſſe tubas; quippe *Statius*, cum dixit eam teneros deducere manes, neutiquam uſum ejus in adultorum funere excluſit, cujus innumera exempla videmus. Ita neque in eorum ſententiam tranſimus, qui ſolis plebejorum funeribus tibiam concedunt, inter quos etiam *Lactantius Grammaticus*, ideoque *Ovidium lib.* 5. *Triſtit. Eleg.* 1. ita ceciniſſe aſſerens:

*Tibia funeribus convenit iſta meis.*

Tubam itaque in funeribus potentiorum admittunt ex *Propertio lib.* 2. *Eleg.* 4.

*Nec tuba ſit fati vana querela mei.*

Et *lib.* 4. *eleg. ult.*

*Sic mæſtæ cecinere tubæ, cum ſubdita*
*noſtrum*
*Detraheret lecto fax inimica caput.*

a propter in nobilium funeribus nullas næ-
ias cantatas eſſe, vult *Sylvius comment. in*
*egg.* 12. *Tabul.* quia exaudiri non poſſent,
uba voces obtundente. At huic objectio-
i mox ſatiſfaciemus. Certum eſt in fune-
: nonnunquam tubam locum habuiſſe,
e cujus forma vide *Magium* in *Miſcell.*
*b.* 2. *cap.* 12. cæterum non excludenda
leo tibia, cujus frequentior apud aucto-
es mentio occurrit, quam tubæ; & ad
uam in omnibus funeribus nænia canta-
, non in plebejorum ſolis, cum illam
n *Julii Cæſaris* funere agnoſcat *Suetonius*
*ap.* 84. ubi *Tibicines & ſcenici artifices*
*eſtem, quam ex inſtrumento triumphorum*
*duerant, detractam ſibi atque deſciſſam*
*njecere flammæ.* Facile eſſet hoc pluribus
ſtendere, niſi brevitati ſtudere vellemus.
Quapropter tibias funeribus quibuſcun-
ue, nempe puerorum, ſenum, divitum,
auperculorum, plebejorum & nobilium
dhibitas cenſeo cum *Kirchman.* qui *de*
*Funer. Rom. lib.* 2. *c.* 5. hanc ſententiam eo-
em quo *Magius Miſcell. lib.* 1. *cap.* 13.

probat argumento, quod næniæ ad tibiam cantatæ ſint, communes autem omnibus funeribus nænias putat. Sane vero ſimile eſt næniam in omnibus funeribus fuiſſe, unde *Cicero* de *Clodii* funere in *Miloniana* : *ſine cantu*, *ſine tibia*. Certe ubi defuit tibia, nullam fuiſſe næniam obſervo ex *Ovidio*, qui *lib.* 4. *Faſtor.* de Tibicinibus, qui Romam reliquerant, ita canit :

*Exilio mutant Urbem, Tiburque recedunt,*
*(Exilium quodam tempore Tibur erat)*
*Quæritur in ſcena cana tibia, quæritur aris :*
*Ducit ſupremos nænia nulla choros.*

Ad ſolas itaque tibias nænia cantata eſt, quas omnibus ferme funeribus aſſignatas patet. Sed eos qui tubas etiam ad nænias pertinere exiſtimant, refutat *Guther. de jure Man. lib.* 1. *c.* 23. nec viri docti ſententiam ſequitur, qui ad *Leg. XII. tabul.* ſcribit, Tubas næniæ convenire, ſi funus publicum eſſet, in quo quidem tubæ admiſtæ ad dignitatem, non ad næniam. Movetur vir iſte *Propertii* effato *lib.* 4. *Eleg. ult.*

Sic

*Sic mœſta cecinere tubæ.*

*Epicteti* definitione: *Quid eſt tuba? funeris deploratio.* Cæterum, ut opinionem *therii* jam meam faciam, illa deploratio nihil ad næniam. *Deploratus* enim idem ac *conclamatus*, & tuba vere eſt funebris conclamatio, cum luctus ultimi pompa procedit, quo tempore tubarum maxime crepitus excitabatur. Ut adeo funebres tibiæ, non tubæ ad næniam ſpectarent. Ergo nec tibiæ ad certa quædam funera reſtringendæ, nec tuba omnino a nonnullis excludenda.

§. 3. Tibiæ itaque requirebantur, ut flebiles modos funderent, teſte *Ovid. lib.* *Faſtor.*

*Cantabat mœſtis tibia funeribus.*

Ideo αὐλὸς πενθήμιος *Polluci*, & *ad tibicines mitti* dicuntur apud *Petronium*, ex lectione *Tornæſii* & *Erhardi*, ii qui deſperata valetudine morti ſunt proximi. Erat omnium formoſiſſimum *Claudii* funus, apud *Senecam*, ubi tubicinum, cornicinum omniſque generis ſonatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam *Claudius* audire poſſet. In funeribus & luctu tibiarum uſus permagnus fuit, quem optime

me exprimit *Nonnus Dionyſ. lib.* 49. de tibicinibus Phrygiis, qui circa mortuos luctuoſo ore cecinerunt:

> Καὶ Κλεόχȣ Βερέκυνθες ὑπὸ ϛόμα δίζυγες αὐλαὶ
> Φρικτὸν ἐμυκήσαντο Λίβυν γόον.
> *Et Cleochi Berecynthes ſub ore geminæ tibiæ*
> *Horribilem mugiebant Lybicum luctum.*

De his conſule *Alexandrum Aprodiſ. lib.* 1. *Probl.* 76. *Stuck. Antiquit. Conviv. lib.* 3. *c.* 20. *Alexandrum ab Alexandr. lib.* 3. *c.* 7. *Pinedam in c.* 3. *Job. v.* 8. & *Aringh. Rom. Subterr. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 18. alioſque. Adhibebantur autem tibiæ in funeribus & luctu, ut hominum mortuos lugentium animi languentes ejuſmodi ſono excitati, minus dolorem ſentirent, qui iſtis delectamentis facile diſtrahi ſoleant, quemadmodum ſuſpicatur *Polyd. Virgil. de Rer. invent. lib.* 4. *cap.* 11. Et *Sextus Empiricus adv. Mathem. lib.* 6. *Unde etiam*, inquit, *lugentibus modos canunt tibiæ, quæ iis luctum levant.* Contra vero apud *Euripid. in Alceſt.* tibia in luctu, tanquam lætitiæ inſtrumentum omnino prohibetur.

Αὐλῶν

Αὐλῶν δὲ μὴ κατ' ἄστυ, μὴ λύρας κτύπος
Ἔστω, σελήνας δώδεκ' ἐκπληρουμένας·
Οὐ γάρ τιν' ἄλλον φίλτερον θάψω νεκρόν.

*Tibiarum vero ne per urbem neque lyræ*
*ſtrepitus*
*Sit duodecim integris menſibus.*
*Non enim ullum aliud carius cadaver*
*ſepeliam.*

amiliarior tamen mos viguit, cum tiiis lugubre carmen ad vigilias & cantileas perſonare mortuorum, ut corda torentium excitarentur ad lamenta, ex mente *aſchaſii Ratberti Matth* 9. *v.* 23. Unde unereos modos dabant tibicines. *Sedulius* *ib.* 3.

*Funereoſque modos cantu lachrymante ferebant*
*Tibicines, plangorque frequens confuderat ædes.*

Et funebres illæ tibiæ carmen ferale decanabant, de quo *Claudianus de rapt. Proerp.*

*Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt.*

onf. *Biſſi annot.* ad hunc locum *edit, Mediol.* Quippe threni & lamenta ad tibiam in funeribus canebantur, quemadmodum in veneratione divina hymni, in nuptiis

nuptiis Hymenæi, teſte *Iſidoro lib. 2. c. 15.* Ita etiam apud *Pollucem*, οἱ πρὸς τὸν αὐλὸν ᾀδόμενοι θρῆνοι.

§. 4. Apud Evangeliſtam Matthæum *c. 9. v. 23.* οἱ αὐλητὰὶ vocantur ii, qui filiæ Principis illius demortuæ adfuiſſe leguntur, ubi per ὄχλον θορυβούμενον ipſæ *præficæ* intelligendæ. Quem locum illuſtrat *Lightfootus Hor. Talmud. Hebr. in Matth.* Quippe ſolenne fuit id Judæis, tibicines adhibere ad luctum mortuorum. vid. *Balduin. Wall. Comment. in hunc locum p. m. 94. Joh. Dougth. Analect. ſac. part. 2. pag mih. 12. excurſ. 8. edit. Amſtelod. 1694. B. D. Gejer. tract. de luctu Ebræorum, pag. m. 74.* A gentilibus Tibicines in funerum curatione mutuatos fuiſſe teſtantur *Ambroſ. lib 8. in Lucam. Tremell. Beza, Scultet. l. 2. exerc. Evangel. c. 55. Montacut. Orig. Eccleſ. part poſt. fol. 106 edit. Londin. Ravanell. biblioth. com. 2. Barthol Mejer. pag. 1. Philol. Sac. pag. 223. Chemnit. p. 3. Exam. Concil. Tridentin. fol. 88. Chytræus* vero & alii hanc conſuetudinem a *Judæis* ad *Ethnicos* deſcendiſſe ſentiunt. Quicquid ſit, morem hunc antiquiſſimum fuiſſe conſtat, & eo magis ſi apophthegma

..ad ſacrum, *Cantavimus vobis tibiis, & non ſaltaſtis? lamentavimus, & non plo..ſtis*, huc pertinet, quod *Sculteto* placet ... 2. *Exercitat. Evangel. cap.* 55. Ideo ..iba *Metſia c.* 6. *in Miſna*, tibiam vel pro ..nſo vel pro *mortuo* eſſe dicit, ejuſque ..um ad nuptias & funus reſtringit. con..le de ea re *Joſuam Arndium Miſcell. ..cr. c.* 27. Pauperrimus etiam inter Iſrae..as, uxore mortua, præberi ei non mi..s quam duas tibias & unam lamentatri..m tenebatur. Nec minus apud *Græcos* ..functis ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους præſto ..iſſe conſtat, quod Homerus de *Hectoris* ..davere allato aliique probant. vid. plur. ..ſpar. *Barthol. cap.* 15. *de Tibiis Veter. ..g. m.* 257.

§. 5. Hujuſmodi tibias funebres priſcis ..mporibus *Flamini Diali* audire non li..iſſe, *Feſtus* auctor eſt: *Funebres tibiæ ..cuntur, cum quibus in funere canitur, ..as audire Flamini Diali putabant illici..m.* Qui tales tibias inflabant, *Siticines* ..pellabantur Latinis, uti antea dictum. ..æcis τυμβαῦλαι nominantur, quemad..odum *Eumenes* apud *Ælianum Var. ..ſt. lib.* 12. *c.* 43. *pag, m.* 609. *edit. Argent.* qui

qui patre inope & *tymbaule* editus fuiſſe, creditur. Quomodo Apulejus vertat nomen, patebit ex iis, quæ ſubjiciam: *Is Antigenidas cum eſſet in tibicinio apprime nobilis, nihil æque ſe laborare & animo angi & mente dicebat, quam quod monumentarii ceraulæ, tibicines dicerentur.* Vocari etiam poſſent *buſtuarii tibicines. Chryſoſtom. Orat.* 49. referr. *Iſmeniam* ob hoc maxime indignari, quod Siticines τυμβαῦλαι appellarentur Tibicines. Notandum autem, *tibias*, quas *Siticines* illi inflabant, a reliquis non nihil diverſas fuiſſe. *Gell. ſupra citat. loc.* Illam differentiam notat *Galen. lib.* 3. *de Sympt. Cauſ.* nimirum quod latiſſimæ fuerint, quæ ob materiam, ex qua conſtabant, purum ſonum reddere non potuere, atque viæ, qua ſpiritus tranſit, latitudo ſonum efficiebat graviorem. Porro alii ſunt bomboſi, bombis latiſſimarum tibiarum non abſimiles, quales habere ſolent ii, qui τυμβαῦλαι, id eſt, Siticines appellantur. Ideo *Ariſtoteles lib.* 4. *Hiſtor. animal.* tradit eos qui calido utuntur ſpiritu, talem emittere vocem, qualem Siticines & lamentatrices graviorem ſonum inſpirant tibiis. Et hoc confirmat *Statius:*

--- *cornu*

*-- -- cornu grave mugit adunco*
*Tibia, cui teneros ſuetum deducere ma-*
*nes.*

*Kirchman. de funer. Rom. lib. 2. c. 5.* tibias illas cæteris latiores ac longiores fuiſſe memorat, quales in antiquioribus ſepulchris exſculptæ videntur, idque probat ex *Ovid. lib. 2. Amor. Eleg. 6*

*Horrida pro mœſtis lanietur pluma*
*capillis;*
*Pro longa reſonent carmina veſtra*
*tuba.*

§. 6. Erat tamen aliud genus tibiarum γίγγραι αὐλοὶ palmæ longitudine & ſtridulum atque acutum, ſed luctuoſum ſonantes, quibus *Cares* in luctu utebantur. Querulus Lydii modus ferali tibia cantatus funeri conveniebat ex *Apulejo lib. 4. Mileſ. Et ſonus Zygiæ tibiæ mutatur in querulum Lydii modum.* Ita ex *Ariſtoxeno* tradit *Plutarchus lib. de Muſic.* primum Olympum funebre tibia carmen in funere *Pythonis* Lydio ritu ceciniſſe. Unde αὐλεῖν πυθικοῖς αὐλοῖς πένθος σημαίνει apud *Artemidorum lib. 1.* Tibiarum autem funebrium inventores *Statius* Phrygas videtur aſſignare *lib. 6. pag. m. 513. Theb. edit. Lugd. Batav. 1671.* confer

confer. annotat. *Johann. Veenhuſen in h. l.* 514. Cui adſtipulatur *Pollux lib.* 3. ubi addit, etiam uſum illum tibiarum funebrium a Phrygibus Cares accepiſſe, unde illæ mulieres, quæ Caricum illud melos ad tibiam canebant, Καρικαὶ θρηνῳδοὶ μουσικαὶ dicuntur *Heſychio*. Plura de *tibiarum inventoribus* & *gingrinis* legi poſſunt in *Exercitat. Plin. Cl. Salmaſ. fol. mih.* 87. *ſeq. edit. Traject. ad Rhen.* 1689.

§. 7. Græci itaque etiam in funeribus mulieres cantantes habebant, vocabantque θρήνων ἐξάρχους, uti *Homer. Iliad.* ω. loquitur; ſeu πενθήτριας, uti *Nonnus*, *lamentantes* & *lugentes*. Cum itaque mos & conſuetudo fuerit tibiis & vocibus funera efferendi, miramur mirum in modum, cum *Admetus* ob funus mulieris demortuæ tam ſtrictus fuerit, ut nullum aut lyra aut tibia carmen tangi permiſerit teſte *Euripid. in Alceſt*:

Αὐλῶν δὲ μὴ κατ' ἄσυ, μὴ λύρας κτύπος
Ἔσω - - - -

id eſt, ex verſione *Philip. Melanchton. pag. m.* 345. *Non amplius attingam barbitum, neque animum impellam canere ad Lybicam tibiam.* Notandum autem venit, quod tem-

mpore luctus ad lyram canere non licue-
: , πρὸς λύραν, quia inſtrumentum erat
*Apollini* conſecratum & dedicatum; *Pæan*
enim aliaque carmina exhilarantia ad ly-
m canebantur, uti *Franciſc. Rous in Ar-
æolog. Attic. lib.* 5. *c.* 25. *pag. m.* 250.
ne annotavit, ita ſcribens: *For Pæan's
d ſuch merry ſongs, as the reaſon is given
e by the Scholiaſt upon thoſe words of the
et in his Phœniſſæ*, ἄλυρον δὲ μοῦσαν.
*ro Pæane & hujuſmodi carminibus exhi-
rantibus, ſicut ratio datur in Scholiaſte
iſta verba Poëtæ in ſuis* Phœniſſis ἄλυ-
 δὲ μοῦσαν. Conſtat autem ad tibias can-
tum fuiſſe a *Tibicinibus* aut *Præficis*, quæ
funere aderant & flebiles cantus exhibe-
nt. Unde *Lucilius Sat.* 22.

*- - - mercede quæ*
*Conductæ flent alieno in funere Præ-*
*ficæ.*

quod expreſſit *Statius* in *Epicedio* Pa-
s:

*Ut Pharios aliæ ficta pietate dolores*
*Mygdonioſque colunt & non ſua fune-*
*ra plorant.*

a *Græci* virum, qui munere *Præficarum*
nctus, προσῳδὸν vocarunt, cujus men-
tio

tio apud *Euripidem* in *Phœniſſ. v.* 149… quam vocem optime interpretatur *Scholl*… *ſtes*, nempe *ordinare planctus*, ut idem ſit… qui apud *Feſtum* dat cæteris plangendi mo… dum. conf. *Caſpar. Bartholin. de Tibiis v…ter. c.* 15. *pag. m.* 273.

§. 8. Carmen illud a mulierculis huju… modi vel viris ad tibias cantari ſolitum, pe… culiari nomine *nænia* dicebatur. Et quam… vis *Nænia* pro *Dea* ſumatur apud *Arnobium* *adverſ. Gent. lib.* 4. in cujus tutela erant… quibus extrema tempora imminebant; fre… quentius tamen apud Romanos id carmen… quod cum lamentatione extremum atq… ultimum mortuo accinebatur, *Nænia* dic… batur, ex *Diomede Grammatic.* Quidam … tiam volunt *næniam* inde dictam, quod h… vox ſimilior ſit querimoniæ flentium. Qu… dam nomen *Næniæ* dictum volunt, ab e… tremi inteſtini vocabulo; Græci enim νῆ… *extremum* dicunt. ſive quod chordarum u… tima νήτη dicatur; unde extremam canti… nis vocem *Næniam* appellarunt. conf. *Ma…tin. Lexic. Etymol.* Probabile etiam vic… tur *næniam* ab Hebræo deduci poſſe … נִהִי, *ni ni.* vid. *plur. cit. Auctor.* Non… gebit hic adſcribere verba *Thom. de S. Qu…*

edit. Londin. *Nænia vel Nenia, ſic*
*im ut Scaliger docet, rectius ſcribitur,*
πικήδιον, μονῳδία, *carmen lugubre, quod*
*ortuis dicebatur, Leſſus: A lamentable*
*ng at the death, and buriall of a man.*
*at. Carmen lugubre decantum in morte*
*l funere cujuſdam. Neniam dixit, idem*
*, quod ſupremum dixit, valedixit, ab-*
*e juſſit. Scal. ad Feſt.* Et iterum *Sca-*
*ger Poët. l.2.c.50.* inquit: *Carmen* νή-
ιαν *vocarunt extremum; quare non recte*
*r diphthongum ſcribunt pene omnes.* con-
r *Coler. annot. ad Alexandrum ab A-*
*xandro Genial. dier. pag.m.626. Pon-*
*n.* Næniæ vocem traduxit ad nutricias
ntilenas, a cantiunculis, quæ ſunt ſi-
iles cantibus præficarum, & quæ alia
nt. Auctores probatiſſimi *Nenias* ita
ſcribunt. *Nonius Marcellus: Nenia*
*eptum & inconditum carmen, quod ad-*
*cta mulier, quæ præfica dicitur, iis,*
*ibus propinqui non eſſent, mortuis exhi-*
*ret.* citatque illud *Varronis lib.4.* de vi-
populi Romani: *Ibique a muliere, quæ*
*ptima voce eſſet, per quam laudari, dein-*
*e neniam cantari ſolitam ad tibias & fi-*
*es. Græci* ἰαλέμους & ὀλοφυρμοὺς voca-

F runt.

runt. Subindicat hoc *Athenæus*. Inter al *lib.* 14. *Dipnoſoph. c.* 3. *fol.m.*619. Ἡ δ' inquit, ἐπὶ τοῖς θανάτοις καὶ λύπαις ᾠδὴ ὀλοφυρμὸς καλεῖται. *Funebres & quæ in adverſis rebus ac moleſtiis canuntur*, ὀλοφυρμὸς, *lamentationes & queſtus vocant.* Et mox dicit: Ἀριστοφάνης δὲ Ἀττικαῖς φησι λέξεσιν ἱμαῖος ᾠδὴ μυλωθρῶν, ἐν δὲ γάμοις ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος. i. e. *Ariſtophanes in Atticis dictionibus ſcribit, Himæam cantionem eſſe molitorum Hymenæum, nuptialem; lugubrem, Ialemo* Hoc ſenſu apud *Euripid. in Troad. Act.* vox hæc ipſa deprehenditur:

Οἷος, ἰάλεμος, οἷα τε πένθη
Δάκρυα τ' ἐκ δακρύων καταλείβεται
Ἡμετέροισι δόμοισι
*Qualis planctus, qualisque luctus*
*Lacrymæque manant ex lachrymis*
*Noſtris ædibus.*

Audiamus *Tiraquellum in annotatis ad A lexandrum ab Alexandro Genial. dier. l* 3. *pag. m.*627. *Hi lugubres cantus ap Græcos* ἰάλεμοι *dicuntur, non neniæ, q dictio mere Latina eſt.* Scio autem *Joann Grammaticum* ſcripſiſſe *Jalemum* & *H menæum* creditos fuiſſe *Clius* filios, qu

ni

am ille flebiles cantus excogitaſſet; hic pithalamium & Jambicos. *Acron* ad *Ho-*
*t. lib.* 2. *Carm. Od.* 1. locum addit, *Ne-*
*iam* Græcis *Epitaphium* appellari, quod *imonides* Græcus Poëta Lyricus primus nſtituit e *Cæa* inſula oriundus, unde *Cæam eniam* eo loco vocat *Horatius.* Plura qui eſiderat de neniis & præficis, ille evolvat *Alexandrum ab Alexandro lib.* 3. *Genial.* *ier.* & ibi *annotata Coleri & Tiraquelli ag. mihi.* 626, 627. *Pfeiffer. antiquit. Græc. b.* 4. *c.* 47. *pag.* 736, 737, 738. *Feithii ntiquit. Homer. lib.* 1. *pag. m.* 64. *Joh. Kirchman. de Funer. Roman. lib.* 2. *cap.* 6. *ag. m.* 149. *ſeqq.*

§. 9. Quot itaque exequias ſeu funus roſequebantur, ſecum ferebant τὸν κόσμον, num vel aliud ornamentum, quod maniis geſtabant, vel ſepulchro imponebant; lia, quæ *Admetus* in *Euripides Alceſt.* atri denegabat, ut mulierem his ornet, um omnes alii his parati eſſent, imo deiſſent:

Καὶ μὴν ὁρῶ σὸν πατέρα γηραιῷ ποδὶ
Στείχοντ᾽, ὀπαδούς τ᾽ ἐν χεροῖν δάμαρτι σῇ
Κόσμον φέροντας, νερτέρων ἀγάλματα

c. *Atque video tuum patrem ſenili pede*

 *eun-*

*euntem, & comites in manibus tuæ conjug*[e]
*ferentes ornatum mortuorum.* Mihi perr-
ſuaſum habeo, quod κόσμοι fuerint *ima-*
*gines* ſeu *arma* familiarum, quibus Ro-
mani funera honorabant. Et ita νηρτέρων
ἀγάλματα, quæ a ſequentibus ſepulchro
injecta dicuntur, explicari poſſunt *imagi-*
*nes* æque ac *grata munera. vid. Sylv. lib.*
*5. pag. m.* 226 *edit. Lugd. Batav.* 1671.

*Hinc Priſcilla tuo ſolatia grata marito*
*Conciperem.* - - -

ubi *Johann. Veenhuſen* annotat. *Con-*
*cipere ſolatia*, mire dixit, pro ἀγαλμα-
τοφορεῖν, ut tacite alludat ad etymon ἀγάλ-
ματος. Siquidem ἄγαλμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις
ἀγάλλεται, *res, donum, ſignum quo ſibi*
*quisque placet*: unde pro *oblectatione* &
*conſolatione* accipitur. Aut ſi *grata mu-*
*nera* eſſe debeant, intelligendum hoc ſi[t]
de *Diis* mortuorum. Facile autem intel-
ligimus, quid per κόσμον ſignificetur, quan-
do *Ælianum lib.* 1. *cap.* 16. *pag. mih.* 22[.]
*ſeq.* evolvimus, qui de *Socrate* ejusmod[i]
verba profert: Ὅτε ἧκεν ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλ[ου]
καὶ ἔδει Σωκράτην ἀποθνήσκειν, ἀφίκετο εἰς [τὸ]
δεσμωτήριον Ἀπολλόδωρος, ὁ τοῦ Σωκράτους
ἑταῖρος, χιτῶνά τε αὐτῷ φέρων ἐρίων πο-
λυτελῆ καὶ εὐήτριον, καὶ ἱμάτιον τοιοῦτο, κ[αὶ]

*um rediiſſet Delia navis, jamque Socra- moriendum eſſet, accedens in carcerem Apollodorus Socratis amicus, tulit ei tu- icam ex pretioſa lana, pulchreque textam, mile item pallium: & rogavit, ut indutus unica amictusque pallio ſic demum venenum iberet. Dicebat enim, eum magnificæ ſe- ulturæ non expertem fore, ſi in iis mortem biret: ſic enim non prorſus indecore cum natu mortuum appariturum.* confer an- ot. *Joach. Kuhnii in h. l. pag. m.* 24. De maginibus funeribus prælatis apud Ro- manos videri poteſt *Joh. Kirchmann. de Funeribus Romanorum pag. m.* 161. *ſeqq. dit. Brunſvic. Chryſanth. Sol. Pentateuch. Mort. lib* 5. *fol. m* 420. Verum hic no- atu dignum venit diſcrimen inter fune- a; nam ſeniores majori honore afficie- antur, quam juniores. Quamobrem um *Mors Apollini*, qui intercedebat pro *Alceſte*, narraret, ſe majorem conſequi loriam, cum juvenes obirent; alter objicie- at, quod majoribus honoribus afficeretur, uando jam ſenio confecta decederet: κἂν γρᾶυς ὄληται, πλουσίως ταφήσεται. *Si ſanus mortem obierit, ſplendidius ſepelietur.* vid. *Juſt. Lipſ. Elect. lib.* 1. *pag.* 369. *c.* 6.

# CAPUT X.

## DE CAPILLIS TONDENDIS IN LUCTU ET IMPONENDIS SUPER MORTUI PECTUS.

§. I.

GRæci in extraordinario dolore & luctu, comam radebant ἐν χρῷ, ſer: penitus uſque ad cutem abſcindebant crines. Ita colligitur ex verbis *Lyſiæ* ab *Ariſtotele in Rhetoric lib.* 3. *c.* 10. *citati*, quæ habentur in ſermone pro Corinthiis in prælio Salaminienſi occiſis a Perſis: Ἀξιο ἦν ἐπὶ τῷ τάφῳ τῷ τῶν ἐν Σαλαμῖνι τελευτησάντων κείρασθαι τὴν Ἑλλάδα. quæ verba Anglice citantur a *Franciſc. Rous. in Archæolog. Attic. lib* 5. *cap.* 25. *pag m.*152. *edit. Oxonienſ.* hoc modo: *It had been no leſs then deſert, if all Greece had been ſhaved at the burial of thoſe gallant ſouldiers tha*

*at dyed at the fight of Salamis.* Lat. *indignum fuiſſet, ſi tota Græcia capillos ondiſet in funere illorum fortium militum, qui in prælio Salaminienſi perierunt.* uibus verbis calculum addit *Alexander Alexandro Genial. dier. lib.* 5. *pag. m.* 46. *part.* 2. *Argivi cum antea criniti ent, victi a Lacedæmoniis, amiſſis Tyriis, plorandæ calamitatis cauſa capillos toderunt, voventes ſe non reſumpturos, ſi Tyrias recepiſſent: Sicut Sybari a Croniatis direpta, univerſi Mileſii capita raſerunt, & ingentem luctum ediderunt.* d quæ verba *Tiraquell. l. c.* Argivos ob nillam in campis Thæreaticis victoriam cilis in rebus lege caviſſe, ne quis coam nutriret ante recuperatum priſtinum cus gloriæ ab *Herodot. lib.* 1. proditum gimus, derelicto priore comam alendi dio. Audiamus etiam teſtimonium *ripidis*, ut *Cyclopienſium* univerſa regio unc obſervaret ritum:

---- ἰαχεῖτο δὲ κυκλωπεία
Σίδηρον ἔπι κρατὶ ληθεῖσα κείμενον.

*trabo* hunc morem reſpiciens loquitur de ivitate in *Cappadocia*, *Comana* vocata, uod luctus cauſa comam raſerint. Idem

de Baccho, qui alias intonſus erat, legi-
tur ob obitum conjugis. Sacram Scripturam
ſi evolvimus, teſtimonio ſuo morem hunc
approbat, quando *Jeremias cap. VII. v.*
29. hujus mentionem facit. Sed & id
quoque fecit *Alexander Macedo* in fune-
re *Ephæſtionis* apud *Arrianum lib.* 7. Adhæc
apud *Theocritum Idyllio*, *Cupidines* mor-
tem *Adonidis* lugent κειϱάμενοι χαίτας, de-
tonſis crinibus.

§. 2. De Græcis mulieribus memoriæ
prodit *Plutarchus*, morem apud illas obti-
nuiſſe, ut viri quidem in luctu comam
alerent, mulieres vero eam tonderent.
Eandem tonſuram aſſignat in *conſolatione
ad uxorem* Accius in *Amphithryone* apud
*Nonium*:

*--- Sed quænam hæc eſt*
*Mulier funeſta veſte, tonſu lugubri.*

*Euripides* in *Alceſtide*:

Πένθος γυναικὸς τοῦ δὲ κοινοῦ λέγω
Κουρᾷ ξυρήκει καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ.

Ita univerſam Græciam luxiſſe obitum *Al-
cæi* Poëtæ ait Antipater quodam *Epigram-
mate*:

Ἄπλεκτον χαίταν ἐν χροῒ κειραμένην.

h. e.

Attonſo

*Attonſo implexo vertice ad uſque cutim.*

e tonſura Ebræorum aliorumque popu-
rum videri poteſt *B. Gejer. de Luctu E-
ræorum pag. m. 191. ſeqq. Kirchmann. de
uner. Romanorum cap 13 pag. mih. 206.
q. Barthii adverſaria. Guilielm. Stuck.
ntiq. convival. fol. m. 40. edit. Tigur.*
erum quidem eſt, quod gentes ob hanc
onſuetudinem riſui fuerint apud alios. In
*icerone* etenim *lib. 3. Tuſcul. Quæſt.* ipſe
*ion* hunc morem deridens in *Agame-
nnone* dicit: *Perinde ſtultiſſimum Regem in
uctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio
mæror levaretur.* Verum hic objici poſ-
et, ſi omnia hæc ita ſe habent, uti dixi-
mus, quomodo conſuetudo invaluit, ut
adere comam ſignum lætitiæ & gaudii ſit?
Nam ſi Scripturam Sacram evolvimus, inter
Judæos primum reperimus *Joſephum*, qui
um e carcere miſſus eſſet, comam radebat;
& *Jonathanis* filius præ gaudio idem fa-
ciebat. Quæ conſuetudo etiam apud Ro-
manos uſitata fuit, uti *Soſia* ſervus apud
*Plautum* in *Amphit.* teſtatur his verbis:

*Ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum.*

con-

confer pluribus differentem *Guilielmum Stuckium in Antiquit. Convival. lib 2 fol. mih.* 243. *edit. Tigur. Lucian. in Timone.* Capillus Diis in prima conſtitutione ſuper terram ſacrabatur. *Lucian. de Dea Syria*: Puerorum crines ſacros in genitura conſtituunt. conf. *Tertull. de anim. cap.* 4. *Stat. Theb.* 4. Sacrabantur autem (capilli ſcil.) Fluminibus aut Diis, ut *Pollux* habet: Ἔτρεφον δέ τινες κόμην Ποταμοῖς ἢ Θεοῖς. *Nutriebant vero quidam Fluminibus aut* Diis *comam. Herculi* vulgus *Athenienſium*, ut Heſychius teſtatur; *Apollini*, majoris ſortis. *Plutarch. in Theſeo*: Μεταβαίνοντες ἐκ παίδων ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ Θεῷ κόμης. *Ex ephebis egreſſi venientes Delphos ſolent offerre Deo comam.* Quod *Fluminibus*, *Scholiaſt. Pindari*: *Primitias comarum Fluminibus dedicant, in memoriam, omnia ex aquis originem ſuam ſumpſiſſe.* In nuptialibus autem ſacris comarum primitias *Junoni* & *Dianæ* offerebant virgines. *Pollux lib.* 3. Et comarum primitias Deabus offerunt puellæ. Juvenes etiam idem faciebant, ut *Lucian. Dea Syr.* refert: *Et virginibus & juvenibus legem fecerunt, non aliter*

tha-

*thalamum inituros, niſi prius Hippolyto comas dedicaverint.* Barbæ etiam primitiis in pyxidem reconditæ ſacrabant Deæ. *Lucian. de Dea Syr. Puerorum crines ſacros in genitura conſtituunt, quos poſtea in templo ſecant, & vaſculo includentes, & alii quidem argenteo, alii aureo in templum deferunt, inſcribentes ſinguli ſua nomina.* Capillos autem in navi detondere nemini licebat, niſi cum ventus mari iraſceretur. Naufragorum enim ultimum hoc votum. *Lucianus* optime de hac re: *Quemadmodum in naufragio contingit ad ſalutem obtinendam, quales illi ſunt, qui in ſacrificium capillos abradunt.* Hermotim. *Videor vero mihi non ſine ratione caput raſiſſe, quemadmodum ex naufragiis ſanitati reſtituti.* Radebant autem caput, non ut mortem effugerent, ſed naufragium, teſte *Juvenal.*

*Tunc ſtagnante ſinu gaudens ibi vertice raſo*
*Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.*

§. 3. Notum etiam eſt, quod apud Romanos *captivi* promiſſos & prolixos capillos aluerint, quo dejectiores viderentur

tur & judices moverent, ſi comparere coram illis neceſſe eſſet, teſte *Ovidio in Epiſt.*

*Aſpice demiſſos lugentis more capillos.*

Poſtquam autem libertatem accepiſſent, ſtatim radebant illos. Quare *Plinius* tonſuram capillorum ſignum liberationis eſſe affirmat in epiſtola quadam. Conſtat enim Græcos ipſos tempore mœſtitiæ prolixos aluiſſe crines, raſiſſe autem tempore lætitiarum, ſi *Artemidoro* fides eſt habenda, uti refert *Franciſc. Rous in Archæolog. Attic. lib.5. cap.25. pag.253.* Ad conciliandam hæc ſufficiet forſan, quod detonſio ſeu mutilatio capillorum, κῆπος, ſignum lætitiæ, verum raſura omnigena uſque ad cutim indicium mœroris & triſtitiæ fuerit. Alii hæc conciliare quærunt verbis Plutarchi, qui ita ſcribit, quod mulieres tonſura, viri autem prolixioribus capillis mœrorem & dolorem ſignificaverint. De ritu hoc tondendi capillos videri poſſunt *Kirchman. de Funer. Roman. p. 209. ſeq. c. 14. edit. Brunſv. B. D. Gejer. de Luctu Ebr. antea citato loco. Tiraquell. ad Alexandrum ab Alexandro Genial. dier. pag. m. 620. ſeq. Jun. de Com. cap. 5.* Non ſolum autem

ca-

caput tondebant, ſed etiam circa oculorum ſupercilia magis ſpeciatim adhibebant quandoque tonſuram, uti confirmat *Artemidorus* ὀνειροκριτ. *lib.* 1. *cap.* 27. *Vetus*, inquit ille, *mos fuit in luctu ſupercilia nudare, ut ita ſcil. mœroris ſui acerbitatem in funeribus magis teſtatam darent.* conf. *Joh. Dought. Analect. Sacr. part.* 1. *pag. m.* 109. *edit. Amſtelod.*

§. 4. Cum itaque in prædictis Auctoribus plura de tonſura capillorum in luctu legi queant, miſſam hanc materiam facimus & progredimur ad ritum imponendi crines ſuper pectus mortuorum. Teſtis hujus eſt *Homerus lib.* 23. *Iliad.* de *Myrmidonibus* loquens, *fol m.* 264.

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον
Κειρόμενοι

id eſt, ex verſione *Sebaſtiani Caſtalionis: Capillis autem totum mortuum tegebant, quos injecerant tondentes.* Et paulo poſt de *Achille:*

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην
Τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν

id eſt,

*Stans ſeorſum a pyra, flavam abſcidit comam,*
*Quam Sperchio fluvio nutriebat floreſcentem.*

Et hunc morem exemplo *Achillis* obſervavit *Antonius Baſſianus Caracalla* in funere *Feſti* apud *Herodianum lib.* 4. Sed & idem *Homer. lib.* 4. *Odyſſ.* de morte *Antiochi*, & *lib* 24. ſtatim poſt principium de funere ipſius *Achillis*. Quem locum imitatus *Q. Calaber*, facit etiam *Myrmidones* in funere ipſius *Achillis* comas circumtondere. *Statius lib.* 6. *Thebaid.*

*- - tergoque & pectore fuſam*
*Cæſariem ferro minuit, ſectisque jacentis*
*Obnubit tenera ora comis.*

Id quod ſane maximi doloris indicium apud priſcos in exequiis fuit, capillos decidere, barbam radere, crines tumulo imponere, aut in rogum conjicere, parentandi gratia. Unde eleganter *Maximus Tyrius Orat.* 8. comam eſſe dicit τὸ τελευταῖον δῶρον ἤδη κατατεθαμμένῳ, *ultimum, quod jam ſepulto donari poteſt.* Crebro hujus ritus mentionem faciunt Poëtæ. *Propert. lib.* 1. *Eleg.* 17.

*Illa*

*Illa meo charos donaſſet funera crines,*
*Molliter & tenera poneret oſſa roſa.*

Et *Ovidius lib.* 3. *Metamorph.* de ſororibus *Narciſſi*:

*- - planxere ſorores*
*Naiades, & ſectos fratri impoſuere capillos.*

Et in Epiſtola *Canaces* ad *Macareum*:

*Non mihi te licuit lacrymis perfundere juſtis,*
*In tua non tonſas ferre ſepulchra comas.*

*Statius lib.* 5. *Sylvar. Epiced. in Patrem*:

*Exere ſemirutos ſubito de pulvere vultus,*
*Parthenope, crinemque afflata mente ſepulti*
*Pone ſuper tumulum.*

*Helena* apud *Sophocl. in Oreſt.* & rurſus *in Electra.*

Δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην
*Lacrymas impendi & primitias comæ perſolvi.*

Ἡμεῖς δὲ πατρὸς τύμβον, ὡς ἐφίετο,
Λοιβαῖσι πρῶτον, καὶ καρατόμοις χλιδαῖς
Στέψαντες - - -

*Nos*

*Nos vero patris tumulum, ut (Apollo) præcepit,*
*Primum libatione, & capite diſſectis capillis*
*Coronavimus.*

Præterea hoc munus amicis conveniebat, teſte Homero *Odyſſ.* 4. ita canente:

Τοῦτο νὺ καὶ γέρας, οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

i. e. *Hoc ſolum quaſi munus reſtat mortalibus in amicorum diſceſſu comas (circa ſepulchrum) ſpargere & lachrymare. Circa ſepulchrum* addo, ſic enim intelligendum eſt ubique:

Κἀκεῖνά τ' εἶδεν δορὶ πεσόντα Ἑλληνικῷ,
Τείχας τ' ἐτμήθην τάσδε πρὸς τύμβον νεκρῶν.

*Atque illos vidi* (filios) *Marte proſtratos Argolico*
*Comasque iſtas ſecui ad extinctorum tumulos.*

*Euripid. in Troad.* Nimirum, ut verbo rem dicam, reſciſſos hoc modo crines velut primitias ſeu potius *inferias* quaſdam gratiſſimas ad mortuorum buſta deferebant.

Βέλη τάφον μοι πρὸς κασιγνήτης μολεῖν,

Κό-

κόμης ἀπαρχὰς καὶ χόας φέρουσ᾽ ἐμάς;

*Vis mihi ire ad ſororis tumulum,*
*Comæ ut primitias & inferias feras*
*meæ?*

Moris itaque fuit ſecare crines & imponere ſepulchro, ut propter hunc luctum læ-us eſſet mortuus. *Euripid. in Iphig. Taur.* onſ. *Eli. Sched. de Diis Germ. pag. mih.* 562. *Dought.* Analect. *Sacr. pag. m.* 109. *dit.* Amſtelod. *Tiraquell. in not. ad* Alexandrum *ab* Alexandro *Genial. dier. lib.* 3. *ag m.* 621. *Kirchmann. de Funeribus Romanorum pag m.* 221. *ſeq.*

---

# CAPUT XI.

## DE RITU LUGENDI IN FUNERE,

§. I.

SI quis mortem obierat, tunc luctus inſtituebatur; quo tempore mœſtitiæ u luctus non licebat bibere vinum, quod ho-

hominem lætificat, & relegabant omnem potum, quem *Scholiaſtes* vocat ἀλφίτων κυκεῶνα, *a Barly-maſh* Anglice, (*cereviſiam*) quia luctus majoris momenti eſſe debet. Cum etiam ſola appellatio coronæ lætitiam ſignificet, non mirum eſt tradi ab *Athenæo lib.* 15. & *Dionyſ. Halicarnaſſ. l* 9. *Antiq. Rom.* in luctu nefas eſſe coronari. Ac præter hos *Plato lib* 7 *de Leg.* loquens de funebribus cantibus ait, eos, qui funus proſequuntur, pallam lugubremque veſtem magis decere quam coronas & aurea ornamenta. Ergo mœrori convenientius eſt caput turpari, atque adeo pulvere deformari, ut lugentibus mos eſt. Itaque nihil neque intempeſtivius neque abſurdius dici poteſt, quàm cum qui luget, aſpici coronatum. h. e. geſtantem inſignia lætitiæ, potiſſimum eo tempore, quo publice privatimque vota ſuſcipiuntur averruncandis iis, quæ imminent aut jam cadunt, tempeſtatibus. *Æſchyl.* ἑπτ. ἐπὶ Θήϐ.

Πέπλων καὶ στεφέων
Πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν.

Quæ verba *Scholiaſtes* ita interpretatur Πότε στέφη ῥιψομένων ἢ πέπλους ἐπὶ γῆς, ἢ νῦν

τοῦ

ἐστραφεῖσαι ἐπὶ λιτανείαν τὴν περὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως. *Ecquando coronas aut pela projiciemus in terram potius quam nunc, converſæ ad ſupplices preces tum pro nobis, tum pro civitate?* Hoc exemplo Athenienſes equites, *Phocione* condemnato, detraxerunt ſibi coronas velut in publico luctu. Equidem priſcos quoties lugerent, quicquid ornamentorum fuit, abjeciſſe video; abſtinuiſſe publico, commeſſationibus, conviviis, atque adeo cibo, potu, coronis & unguentis. Tantum abeſt, ut inter gemitus & ſuſpiria coronari quiſquam ſuſtineret. Hinc *Theſeus apud Euripid. Hipp. act.* 4. cognito atroci caſu conjugis, quæ ſibi laqueo gulam fregerat, *Quid ego, inquit, ultra redimior, homo tam infelix?*

Αἰ, αἶ τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα
Πλεκτοῖσι φύλλοις δυστυχὴς θεωρὸς ὤν.

i. e. ex verſione *Philippi Melanchtonis p. m.* 305. *Heu! Heu! cur coronatus ſum caput contextis ſoliis, qui ſum infelix homines?* Apud eundem *Euripid. in Alceſt. Admetus* poſt obitum uxoris, ait, ſe deſerturum convivia & coronas & muſicam & lyram:

Παύσω δὲ κώμους, συμποτῶν θ' ὁμιλίας

Στε-

Στεφάνους τε, μοῦσάν τ' ἣ κατεῖχ' ἐμ[…]
δόμους

Et alibi chorus ait reſtare ſibi infelici m[…]nimenta filii, lugubres raſuras & corona[…] comæ & mœſtos cantus, quos Apollo no[…] recipit. *Euripid. in Suppl.*

- - παιδὸς ἐν οἴκοις
Κεῖται μνήματα, πένθιμοι
Κουραὶ, καὶ στέφανοι κόμας,
Ἀοιδαὶ, τὰς χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

i. e. ex verſione *Phil. Melancht. pag.* mi[…] 463. *In domo filii jacent monument[…] lugubres tonſuræ & coronæ comæ, cantu[…] quos auricomus* Apollo *non recipit.* In *Troa[…] Hecuba*, audita ſua & *Caſſandræ* filiæ ſo[…]te, ait:

- - ῥίπτε τέκνον ζαθέους
Κλῇδας, καὶ ἀπὸ χροὸς ἐν-
δύτων στεφέων ἱεροὺς στολμούς.

*Abjice filia ſacras vittas, & ſolenni ex[…] corpus ornatu, coronas abdica.* Ergo v[…]rum eſt, in luctu poſitas fuiſſe corona[…] atque adeo ipſa regum diademata. *Iſis* il[…] Ægyptia & dea & regina flens *Oſirin* ſuu[…] apud *Byblum* urbem *Phœniciæ* diadema p[…] ſuit. *Julianus* in funere *Conſtantii* di[…]

der[…]

na capiti detraxit, & vultu in mœſti-
in compoſito, Imperatori parentavit.
l. plur. *ap. Carol. Paſchal. lib.* 10. *pag.*
669. *de Coron.*

§. 2. Teſtimonium acerbiſſimi luctus
am erat *veſtium ſciſſio* & *capillorum evul.*
juxta conſuetudinem *Hebræorum*; imo
pius veſtimenta in ignem injiciebant,
legimus apud *Euripid. in Rheſo*: Καὶ
.πυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδὴν. i. e. ex
ſione *Philippi Melanchtonis pag. m.* 637.
*ſimul incendere delicias multarum ve-*
*m* Quod ad veſtium ſciſſionem atti-
t, de hoc prolixius videndus *B. D. G. jer.*
*tractatu ſuo exquiſitiſſimo de Luctu Ebræ-*
*rum cap.* 2. *pag. m.* 413. *uſque ad finem.*
o S. Scriptura multis locis probat, &
empla multa in promptu ſunt, ut *Ru-*
*i Geneſ.* 37, 29. *Jacobi v.* 34. *Fratrum*
*ſephi cap.* 44. *v.* 13. *Joſuæ* & *Calebi*,
*umer.* 14. vid. *Dilber. Diſput. pag. mih.*
1. De *Perſis* teſtantur *Curtius*, *Dio-*
*rus* & alii. de veſtium ſciſſura mul-
a *Barnab. Briſſon. in Perſic. pag.* 256.
notata. De *Romanis* & *Græcis* nemo
n Hiſtoricus teſtatur: de quibus vid. P.
*ebrum in Semeſtr. lib.* 2. *c.* 10. *p.* 109.

*Au-*

*Auguſtus* audita *Variana* clade τὴν πέσ[...] τα περιερρήξατο, καὶ πένθος μέγα - etia[m] *veſtem laceravit, inque magno luctu fu[it]* confer *Appian. in l. de bell. Mithrid. Ov[id.] Ep.* 5. *Virgil. lib.* 5. *Æneid. Joh. Doug[hty] Analect. Sacr. pag. mih.* 118. Audiam[us] *Don. Philip.* Picinell. *Lumi refleſs. edit. M[i]lan.* 1667. *fol. m.* 230. *part.* 2. qui ex *Th[eo]phylacte* hæc profert: *Templum ſcidit [ve]lum ſuum ſignificando, quod propter [ab]ſurdum & irrationabile ſpectaculum lu[ge]ret; lugentium enim eſt veſtem ſcind[ere].* *Alcmann.* antiqu. Poëta:

> *Quid fiet, Cytherea, tuus decumbit [A]donis?*
> *Plangite vos teneræ & tunicas lace[ra]te puellæ.*

*Juvenal. Satyr.* 10.

> - - - *Hectore funus*
> *Portante, ac reliquis fratrum cerv[ici]bus inter*
> *Iliadum lacrymas, ut primos ed[eret] planctus*
> *Caſſandra inciperet ſciſſaque* Polyx[enæ] *palla.*

*Apul. lib.* 8. *Metam. Adhuc flentem [ma]ritum, adhuc veſtes lacerantem, adhuc*

p[...]

*llos diſtrahentem non dubitavit de nuptiis nvenire* De *capillorum evulſione* Scriura teſtimonium exhibet 1. *Eſdr.* 9. Sic *urtius lib.* 3. de uxore *Darii* loquens, in ec prorumpit verba: *Ingens circa eam bilium fœminarum turba conſtiterat, laratis crinibus, abſciſſaque veſte. Virgil. b.* 9. *Æneid.* de matre *Euryali:*

*Evolat infelix, & fœmineo ululatu*
*Sciſſa comas.*

e hoc argumento erudite egit *Balthaſ. onifac. Ludicr. Hiſtor. lib* 12. *cap.* 19. 20. conf. *Eli. Sched. de Diis Germ. g. m.* 466. *Kirchman. de Funer. Rom. cit. Gejer.* De modo rumpendi veſtes luribus egit *J. Dillherrus Diſp. Volum. g. m.* 32. quem benevolus Lector adi velit. *Chryſanth. Solar. Pentateuch. Moror. lib.* 2. *fol. m.* 119.

§. 3. Domi ſe abſcondebant lugentes ſte *Homer. Odyſſ.* δ. *v.* 101.

Πολλάκις ἐν μεγάροισι καθήμενος ἡμετέροισιν
Ἄλλοτε μέν τε γόῳ φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτις
Παύομαι. αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο

Cre-

i.e. *Crebro domi deſidens noſtræ interdum quidem*
*Luctu mentem oblector, interdum rurſus*
*Quieſco. Brevis vero ſatietas eſt molli luctus.*

Non ſolum domi ſe abſcondebant, ſed etiam veſtes mutabant. (1.) *Ornamenta capitis* deponebant, quibus illud ornare ſolebant & peplo involvebant. *Euripides* inducens Polyxenam jam jam mactandam *Hecub. Act. 2. ſc. 2.*

Κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις.
Ὡς πρὶν σφαγῆναί γε, ἐκτέτηκα καρδία
Θρήνοισι μητρὸς - - -

i.e.

*Me duc, Ulyſſes, obvolvens caput pep*
*Nam antequam mactor, contabeſco*
*ctore*
*Præ luctu matris* - -

Atque in hanc formam poſtea, quo a... bitatem luctus ſignificantius exprimere... effigiem ejus adumbrarunt teſte Epigra... matiſta *Anthol. lib. 5. c. 33.*

Φᾶρος γὰρ ἐπίκρεμις ἀμφὶ προσώπῳ
Πήματα μὲν δείκνυσι - - -

*Velamenta vero ſupra ſuſpenſa faciem*
*Dolores quidem indicant - - -*

άσσος - - θὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐγκεκαλυμμένος ὑπὸ σκότος ἔκειτο: *Craſſus vero ob-ato capite jacebat in tenebris.* ſcil. poſt gem a *Parthis* acceptam. Sic in luctus aſione capita tegebantur. vid. *Martin. Roa Singul. lib. 3. cap. 4. pag. m. 305. n. 2..* (2.) *Veſtes atras* induebant. Non emus jam de veſtibus Hebræorum luoribus, de quibus prælaudatus *B. D. artin. Gejer. ſatis ſuperque in tractatu Luctu Hebræorum pag. 400. uſque 407.* quæ ſane atræ fuerunt; ſed *Græcom*, qui nigro colore in luctu quoque *Anthracinus*, inquit *Nonius*, *niger*, Græco ἄνθρακες, *& eſt lugentium ve-r. Euripid in Alceſt. Act. 4.*

Πᾶσιν δὲ Θεσσαλοῖσιν ὧν ἐγὼ κρατῶ,
Πένθος γυναικὸς τῆσδε κοινοῦσθαι λέγω
Κουρᾷ ξυρηκεῖ, καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ.
*Omnes autem Theſſalos, quibus ego im-*
*pero,*
*Hujus luctus jubeo eſſe participes*
*Comæ raſura & pullis amiculis.*
Πένθος γὰρ ἡμῖν ἐστι, καὶ κουρὰν βλέπεις
Μελαμπέπλους στολμούς τε - - -

*Iu luctu enim ſumus, raſuram qui vides*
*Pullumque veſtitum.*

Id. μελανεχυείμα veſtem ejusmodi ve *Ariſtophanes in Ranis*, lepida utens v borum ſtructura, *Act.* 5. *Sc.* 2.

*Funeſtam veſtem. Pacuvius:*
*Sed quanam eſt hæc mulier funeſta ſte, tonſu lugubri.*

De atris in luctu veſtibus ſcripſerunt *Joh Kirchmann. de Funeribus Romanorum* 17. *n pag.* 231. *uſque* 243. *Gejer. de ctu Hebræorum pag. m.* 402. *cap.* 22. *M tin. de Roa Singul. Tom.* 2. *pag. m.* 1 153. *ſeq. Chryſanth. Solar. Pentate mort. lib.* 2. *fol. m.* 11. Ne itaque act agamus, ad hos remittimus auctores ctores. Sed nec ipſi ſoli ad hunc moc atris veſtibus induebantur, qui in l primas tenebant, quin etiam alii, q quot funus comitabantur, plebeji & disſequæ cujuscunque ordinis Pri *atrata plebs comparebat in funere Ger nici*, ut rem geſtam enarrat *Tacit. An lib.* 3. *cap.* 1. Lictores deinde, ad quos ctabat ex officio ſuo modum & ordi exequiarum curare:

-- *Il*

*- - dum ficus prima calorque*
*Deſignatorem decorat lictoribus atris.*

rat. lib. 1. Epiſt. 7. Ipſe denique efferdus *ricinio* vel *nigro pallio* integebatur, ϑῆιον φᾶρ☉ id appellat Poëtarum prin-s *Odyſſ* 9. quale *Laërti* capulari ſeni & vicinia Orci jam poſito *Penelope* in an-eſſum quaſi parat. Sic priſcus mos ri-que ille pervetus vigebat, ex quo ver-in luctu ſigna & faſces, interdum etiam na & ſcuta fuerunt. qui ritus hodie huc uſitatus in funeribus ducum, da an das gewehr umbkehret. *Tacit. lib.* 5. *nali* de funere *Germanici*: *Præcedebant rompta ſigna, verſi faſces.* Pedo *Albi-van. eleg. ad Liviam*:

*Quos primum vidi faſces, in funere vidi,*
*Et vidi verſas indiciumque mali.*

*rgil. lib.* 2. *Æneid.* in funere *Alceſtiu* canit:

*- - tum mœſta phalanx, Teucrique ſequuntur,*
*Tyrrhenique duces, & verſis Arcades armis.*

*epin. Stat. lib.* 6. *Thebaid. pag. mih.* 519. *rſ.* 214. *edit. Lugd. Batav.* 1671.

*Tunc ſeptem numero turmas, (cern-*
*nus ubique*
*Surgit eques) verſis ducunt inſignibus*
*Ter curvos egere ſinus, illiſaque telis*
*Tela ſonant.*

§. 4. Pulverem in caput ſparſerunt dentem. i. e. *cinerem* lugentes. Teſtim nium hujus rei ſi deſideramus, evolvam *Homer. Iliad.* 18.

Ἀμφοτέρῃσι δ᾽ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθ
λοέσσαν
Χεύατο κακκεφαλῆς πολιῆς, ἀδινὸν
ναχίζων.

id eſt:

*Ambabus vero manibus captum pul*
*rem ardentem*
*Fudit in capite albo graviter ſuſpira*

Cui aſſentientes habemus *Alexandrum* *Alexandro Genial. dier. lib.* 3. & Luc. *num de Luctu.* Id quoque ſolenne fuit J dæis, ut in luctu cinere & pulvere cap ſpargerent, ut videre licet 2 *Reg.* 13. *Judic.* 4. *Eſther.* 4. &c. Apud *Catullum* *Argonautic.*

*Canitiem terræ atque infuſo pulvere ſ*
*dans.*

Et *Virgil. lib.* 10. *Æneid.*

C

*Canitiem multo deformat pulvere.*
Cyri Charme
*- - clade exterrita triſti*
*Intonſos multo deturpat pulvere crines.*
*ripid. in Supplic. Act.* 3.
- - κατὰ μὲν ὄνυξιν
Ἠλοκίσμεθ', ἀμφὶ δὲ σποδὸν
Κάρᾳ κεχύμεθα.
uod Latina verſione poſtea donans *Seca in Troad. Act.* 1.
*Solvite omnes*
*Lacerum multo funere crinem.*
*Coma dimiſſo eſt libera nodo,*
*Sparſitque crinis fervidus ora.*
*udian. de raptu Proſerpinæ lib.* 3. *fol. m.* 3. *edit. Med. de Electra* loquens ita cat:
*Tum laceras effuſa comas & pulvere cano*
*Sordida ſydereæ raptus lugebat alumnæ.*
d quæ verba *Biſſius fol. m.* 504. annot, quod maximi luctus argumentum fuet, & introducit *Taßum* in morte *Clorine*, quæ, cum ejus nutricium *Arſetem* dolentem deſcribit *Hieroſ. lib. cant.* 12.
*Mà tutti gl' occhi Arſete in ſe rivolve*
*Miſerabil di gemito e d' aſpetto.*

 *Ei,*

*Ei, come gl' altri, in lagrime non*
*ſolve*
*Il duol, che troppo è d' indurato af-*
*fetto;*
*Mà i bianchi crini ſuoi d' immonda*
*polve*
*Si ſparge, e brutta, e fiede il volto e*
*l petto &c.*

Ita etiam citatus *Biſſius fol. m* 468. ſcribit quod pulvere aſpergi in chariſſimorum funere ſemper ſolitum fuerit. Non ſolum caput, ſed etiam faciem pulvere deformem reddebant, uti poſtea *Romani* hoc imitabantur teſte *Ovidio lib.* 8. *Metamorph. fab.* 9.

*Pulvere canitiem genitor vultusque ſeniles*
*Fœdat humi fuſos.*

Addit *Franciſcus Rous in Archæolog. Attic. lib.* 5. *cap.* 6. *pag m.* 254. *cap.* 26. *Sometimes Ashes as Achilles did, when he mourned for the dead of* Patroclus. Lat. *Aliquando cineribus, ut Achilles facit cum lugeret mortem* Patrocli. Ex quibus patet, cinere fœdaſſe vultum, quo triſtiores eſſe viderentur. Ut cætera antiquitatis teſtimonia omittamus, legimus apud

Lu-

*ucian. in lib.* περὶ πένθους, ubi lugentium
eſtus omnes exprimit, de pulvere inje-
o capiti & proſtratione ad humum, ſic-
t & Græcos & Romanos pulvere vel ci-
ere injecto crinem & faciem conſpurcaſ-
, totosque humi proſtratos ſe fœdaſſe
otat. *P. Faber ſemeſtr. Kirchman. lib.*2.
*e Funeribus Romanorum cap.* 12. *pag. m.*
03. *ſeq. edit. Brunſvic.*

§. 5. Græci etiam pectus tundebant in
ctu & femur percutiebant, genas & mam-
illas radebant, coma detonſa cadaver te-
ebant & plangebant. Ut igitur ordine
rocedamus, planctum & lacrymas exa-
inabimus, quæ adeo notæ in funere, ut
e iis verba facere ſupervacaneum eſſet.
Verum ut paucis teſtimoniis morem hunc
robemus, prodeat *Homerus Odyſſ.* 4.

- - - νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδὲν
Κλαίειν ὅς κε θάνῃσι βροτῶν καὶ πότμον
ἐπίσπῃ
Τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δά-
κρυ παρειῶν.

d eſt:

*- - - neque moleſte feram*
*Flere, quicunque mortuus fuerit mor-*

*talium & fatum conſecutus fuerit*
*Illud certe munus ſolum eſt miſerorum mortalium*
*Tondereque comas perfundereque lacrymas a genis.*

*Euripid. Iphigen. in Taur. Act. 1.*

- - δέξαι δ᾽, οὐ γὰρ πόρος
Τύμβου σοι ξανθὰν χαίταν
Οὐ δάκρυ᾽ οἴσω

*- - tu vero ſuſcipe; non enim licet*
*Ante tumulum tibi flavam comam*
*Et lacrymas libare.*

Idemque rurſus in eadem *Iphigen. Act.* 3 ante finem:

Τύμβον τε χῶσον, κἀπίθες μνημεῖά μοι
Καὶ δάκρυ ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.

*Tumulum mihi exſtrue, & adde monumentum mihi*
*Lacrymis vero ſepulcrum & crine ſpargat ſoror.*

confer *Chryſanth. Solar. Pentateuch. mort. lib. 4. fol. m. 341. ſeq. & alibi B. Gejer. de Luctu Ebraeorum c. 12. pag. m. 259. Kirchman. de Funeribus Romanor. cap XI. lib. 2. pag. m. 191.* Raro autem ſolæ lacrymæ, ſed comites fere ſemper habebant plan-

lanctum & στερνοτυπίαν, de qua re videa-ur *Kirchmann. de Funeribus Romanorum ag. m.* 192. *edit. Brunſvic.* Ita etiam fe-nur percutiebant teſtibus auctoribus pro-atiſſimis, inter quos quaſi agmen ducit *Polybius lib.* 15. Νικόστρατος δὲ ἐκ ποδὸς παρηκολούθει τούτῳ, λέγων μὲν οὐδὲν, τύπτων συνεχῶς τὸν μηρόν. i. e. *Nicoſtratus il-um e veſtigio ſequitur, nihil quidem di-ens, at indeſinenter femur percutiens. Homerus* eundem morem tangit *Odyſſ. lib.* 13.

Ὤιμωξέν τε ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὣ πεπλήγετο
μηρὼ
Χερσὶ καταπρήνεσσ', ὀλοφυρόμενος δ'
ἔπος ηὔδα.

*Flevit poſtea, & ſua percuſſit femora,*
*Manibus dejectis, lugens autem locu-*
*tus eſt:*

*Plaut. in Truc.* Act. 2. *Sc.* 7.

*- - Me intuetur gemens*
*Traxit ex intimo ventre ſuſpirium, hoc*
*vide, dentibus*
*Frendit, icit femur.*

Πεσόντος δ' Ἀβαδαρατου, ἐπαίσατο τὸν μηρὸν - - *occiſo autem Abdarate* (Cyrus) *percuſſit femur.* Xenoph. Ὡς οὖν κατεῖδε

κυκλούμενον καὶ ταραττόμενον τὸ στράτευμα, μηρόν τε πληξάμενος - - *Ut ergo circumveniri turbarique aciem conſpexit* (Fabius Maximus) - - *tum percuſſo femore, atque ingenti edito ſuſpirio. Plutarch in vita.* Optime etiam hunc ritum recenſet *Don Philip. Picinelli part. 5. de i lumi rifleſſi fol. m. 657. num. 80.* his verbis: *Per indicio d' interno dolore, e grave ſdegno contra di loro ſteſſi, coſtumano gli afflitti a percuoterſi i fianchi; che cio ſia vero dicendo* Geremia c. XXXI. - *percuſſi femur meum.* Theodoretus addit, *in ſignum doloris percuſſi femur meum.* Seneca lib. 1. de Ira c. ult. *Quid opus capillos evellere, femur pectusque percutere.*

§. 6. Non ſolum femur percutiebant ſed etiam pectus tundebant. Apulej. *lib. 4. Mil. Quid canitiem ſcinditis, quid pectora tunditis? lib. 7. Ejulans tunſis pectoribus. lib. 8. & 9.* Maro Æn. 11.

*- - triſtes & tunſa pectora palmis.*

Lucian. ἑταιρ. διαλ. Ἐσπαράττετο τὰς κόμας· καὶ τὰ στέρνα ἐτύπτετο, καὶ ἐπένθει. *dilaceravit comas & præcordia percuſſu & luxit:* Ovid. lib. 4. Faſt.

*Et feriunt mæſta pectora nuda manu.*

Hoc

Hoc non ſolum conſtat ex S. Scriptura, um *Luc. XXIII.* legatur: *Et omnes tur- a eorum, qui ſimul aderant ad ſpectacu- um iſtud & videbant, quæ fiebant, per- cutientes pectora ſua revertebantur:* ut Chriſto, quem dolebant injuſte interfe- ctum, parentarent, ſua pectora percutie- bant. Pectoris tunſione dolorem indica- runt, uti hoc ſuffragium Gentiles quo- que conſueverant exhibere defunctis. un- de *Virgil. lib. 4. Æneid. Annam* indu- cit ſororem *Didonis* in ejus morte ſuum pectus pugnis cædentem:

*Audiit exanimis, trepidoque exterri-*
*ta curſu*
*Unguibus ora ſoror fœdans & pectora*
*pugnis.*

Ubi *Donatus* ait: *Cum igitur audiſſet, & ex eo, quod audiit, exanimis fuiſſet effe- cta, ut in doloribus fieri ſolet, unguibus ora ſua, utpote unanimis, ſoror fœdabat, & pe- ctora pugnis. Ut erga ſororem defunctam dolorem oſtenderet ſoror ſuperſtes, pectora pugnis percutiebat. Ovidius* hujus ritus non ſemel mentionem facit. quare *lib.* 8. *Metamorph.* ita cecinit:

*Immemores decoris liventia pectora tun-*
*dunt,*
*Dumque manet corpus, corpus refoventque, foventque.*

Et iterum *lib. 3. Triſt. Eleg. 3.*

*Ecquid ubi audieris, tota turbabere mente*
*Et feries pavida pectora fida manu?*

Evolvatur itidem *Epiſtol. Sapph. Phaon.* & *lib. 2. amor. Eleg. 6.* confer. *Chryſanth. Solar. Pentateuch. Mort. lib. 5. fol. mih. 441. edit. Patav. 1645. Don Philip. Picinell. lumi rifleſſ. part. 7. fol. mih. 773. edit. Milan. 1667.* Et ut plura dicamus, mammillas ſibi unguibus lacerabant mulieres teſte *Nonno Dionyſ. lib. 9. v. 18. ante fin: pag. 267.*

- - - Φιλοθρήνων δὲ γυναικῶν
Στυγνὸς ἐρευθιόωσαν ὄνυξ ἔμυσσε παρειὴν
Καὶ ῥοδέοις ἐκέρυσσαν ἑκούσια δάκτυλα μαζοῖς.

i. e. - - - *luctuoſarum vero mulierum*
*Horribilis rubicundam unguis laniavit maxillam.*
*Et roſeis armaverunt ſpontaneos digitos mammillis.*

Op-

*Oppianus* pariter *lib.* 4 ἁλιευτ. *v.* 259.

Δρυπτόμενοι δ' ὀδύνῃσι τέκος περικωκύοντες
Ἠρίῳ ἐμπεφύασι, καὶ οὐκ ἐθέλουσι μέλαθρα
Νοστῆσαι, ξυνῇ δὲ θανεῖν δυσπενθέϊ νεκρῷ.

i.e. *Unguibus vero lacerati præ dolore* (parentes) *circa filium ejulantes*
*Sepulchro inhærent, & non volunt domum*
*Reverti ſed commori luctuoſo mortuo.*

*Artemidorus lib.* I. *cap.* 43. *de Mammis:* Πολλάκις δὲ καὶ πένθος, μάλιστα δὲ γυναιξὶ σημαίνουσιν. αἵ τε γὰρ ἐν πένθει καὶ τοὺς μαζοὺς λωβῶνται, h. e. *Sæpe etiam mammæ luctum præſertim mulieribus ſignificant. Hæ enim in luctu etiam mammas dilaniant.* Non ſolum *mammas* dilaniabant, ſed etiam *genas* radebant, uti Feſtus ait: *radere genas eſt unguibus ſcindere.* De hac conſuetudine *Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib.* 6. *pag.m.* 522. *edit. Lugdun. Batavor. Tom.* 2. *Plin. lib. II. cap.* 37. *pag.* 791. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant XII. Tabularum leges, interdicto radi a fœminis eas vetantes. *Cicero lib.* 3. *Tuſcul. Quæſt.*

*pag.* 222. *Ex hac*, inquit, *opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, femorum, capitis percuſſiones.* Sic *Alexander Magnus* os unguibus laniavit, cum Clytum vino obrutus occidiſſet, teſte *Q. Curtio lib.* 8. Hi Ethnici conſueverant *genas radere* in honorem defunctorum, aliquas etiam corporis partes acubus compungebant, & atramentum immittebant, in reverentiam Dæmonum, veluti ſcribit *Theodoretus* in *Levit. XIX.* 28. *Quæſt.* 28. Acus quod attinet, illis mulieres & ſervi Lacedæmonii frontes ſuas intrepide pupugerunt, cum Rex Spartæ eſſet mortuus, teſte *Herodot. lib.* 11. *pag.* 111. Hos *Hunni* imitati ſunt, de quibus *Jornandes lib. XLIX. pag.* 143. *Tunc ut illius gentis mos eſt, crinium parte truncata, informes facies cavis turpavere vulneribus, ut prœliator eximius non fœmineis lamentationibus, ſed ſanguine lugeretur virili. Agathias Scholaſtic. lib.* 5. *Hiſtor.* Τοῖς γὰρ ξιφιδίοις τὰς παρειὰς καταξαινόντες, ὠλυφύροντο κατὰ τὸν πάτρων νομόν. i.e. *Cultris enim* (Hunni) *genas lacerantes patrio more lugebant.* Et non ſolum ex genis

nis & frontibus, ſed etiam ex lacertis ſævis cultrorum laniationibus in amicorum funeribus ſanguinem egeſſerunt. Hinc XII. Tabul. cautum lege, ne mulieres carperent faciem his verbis: MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEQUE LESSUM FUNERIS ERGO HABENTO. Quam legem olim tulerat *Solon* Athenienſium legiſlator. conf. *Joh. Kirchmann. de Funeribus Romanorum pag. m.* 195. *edit. Brunſvic. Jacob. Geuſs. tract. de victim. hum. part.* 2. *pag. m.* 176 *Pfeiffer. antiquit. Græc. pag. mih.* 757. *Sched. de Diis German. pag. mih.* 467. *edit. Amſtel.* 1648. Cum autem de crinium tonſura *cap.* 10. actum, actum agere nolumus. Hoc tamen addendum eſſe putamus, quod ſæpius *interjectionem* ἒ, ἒ, ἒ, ἒ repetierint, & hinc (ſi *Scholiaſt. Ariſtophan. in avib.*) fides habenda vocabulum ἔλεγος originem traxiſſe putamus, quod canticum lugubre ſignificabat ſcil. ἀπὸ τοῦ λέγειν ἒ.

§. 7. Moris quoque fuit, ut ſi venirent ad domum, quilibet præſcinderet comæ partem, id quod ab *Euripid. Alceſt.* annotatum, ubi probat, vix credibile eſſe,

quod

quod *Alceſtis* revera ſepulta fuerit, quia lavacra pro mortuis in porta non fuiſſent poſita, neque coma in veſtibulo ſuſpenſa, uti alias factum:

> Χαῖτα τ' οὔτις ἐπὶ πρόθυρα τμαῖος, ἃ δὴ νεκύων πένθεσι πιτνεῖ.

i. e. ex verſione *Philippi Melancht. pag. m.* 336. *Nulla coma præciſa eſt in veſtibulo, quæ accidunt in luctu mortuorum.* In progreſſu cum cadavere tectis capitibus & obvolutis faciebus incedebant, uti alii populi. Itaque *Oreſtes* precibus flagitans *Electram*, ut a luctu abſtineat, & ſe retegat, hæc profert: ἐκ δακρύων τ' ἄπελθε. *Nunc retege o ſoror & abi a lacrymis &c.* Eodem modo *Theſeus*, uti *Euripides in Supplic.* refert, verba faciebat, cum *Adraſtus* veniret, auxilium implorans, κατήρης χλανιδίοις obvolutus penulis. Te obvolutum penulis interrogo, ajebat, & conſolabatur eum his verbis:

> Λέγ' ἐκκαλύψας κρᾶτα, καὶ πάρες γόον
> *Dic, proferens caput, & omitte luctum.*

Similiter manus capitibus imponebant; uti nos capita manibus imponimus, uti *Helena-*

ea de Trojanis dicit apud *Eurip. in Helen.* v. 376.

Ἐπὶ ᾗ κρατὶ χέρας ἔθηκαν.

Quod ad greſſum illorum attinet, tardus & lentus ille erat, ita ut vix audiri poſſit, nec ſermones inter ſe conferebant, ne tumultus oriretur, ſed demiſſo capite ambulabant, quale exemplum reperimus in *Achabo in lib. Reg. c.* 21. qui indutus ſacco lente incedebat. Imo tantus erat luctus, ut hoc tempore nullum aluerint ignem. vid. *Suid. in* Φρυκτὸς. & *Heſych.* in Δαλός. vid. *Franciſcus Rous Archæol. Attic. l.* 5. *c.* 26. *pag. m,* 257.

C A-

# CAPUT XII.

## DE

## VIA, PER QUAM EF-FEREBATUR CORPUS, LOCO ET MODO SEPULTURÆ.

§. I.

ORdinaria via, per quam corpora ef-ferebantur, dicebatur ἠρίαια, qui ducebat ad ἠρία, *ſepulchra*. ſeu locum ſe-peliendi communem. Sæpe etiam hæ *Sacræ portæ*, ἱεραὶ πύλαι in oppoſitione *portarum inferni*, quæ vocabantur πύλαι ἀποφράδες vel χαρώνειος πύλη. Romani *ſcelerata porta* erat, per quam malefici du-cebantur. Olim itaque locus ſepulturæ Principibus & Regibus fuit ad radices mon-tium, quibus ſignificare voluerunt, quod non ſemper montes, uti in Scriptura *Eſa.* 14, 15. vocantur, ſint, juxta illud *Lycophronis*:

Τελαστοὺς δὲ περχύσουσι Κερκάφου νάπαι

Vell

Vel illud *Virgilii Æneid.* 11.

> *- - fuit ingens monte ſub alto*
> *Regis Derceni terreno ex aggere bu-*
> *ſtum.*

*Aurelius lib. de Orig. Gent. Rom.* de *Rege Aventino* ſcribit, quod ſepultus fuerit circa radices montis, cui ex ſe nomen dederit: *Lucan. lib.* 8.

> *Et Regum cineres extructo monte quie-*
> *ſcunt.*

Inferioris conditionis autem homines modò terra tegebantur. Antiquiſſimis temporibus domi defunctos ſepeliiſſe Græciam teſtis eſt *Plato in Minoë* parum a fine *fol.* 45. his verbis; Οἱ δ᾽ ἂν ἐκείνων πρεσβύτεροι αὐτοῦ καὶ ἔθαπτον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοὺς ἀποθανόντας. Ἡμεῖς δ᾽ τούτων οὐδὲν ποιοῦμεν. *Et qui his antiquiores, defunctos etiam domi ſepeliebant, quorum nos nunc nihil facimus.* Poſtea vero cum certis in locis homines mortuos ſepelirent, plerumque eos locos eligebant, qui ad ſepulchra apti videbantur. Si quis itaque hos ſcire deſiderat, ille evolvat *Platonem lib.* 12. *de Legibus* ſic ſtatuentem, cujus verba Latina e Græco tranſlata ita ſonant: *Nullum in loco fœcundo & agro ad culturam apto ſepulcrum fiat.*

*fiat. Sed is locus corpora defunctorum r[illegible] cipiat, qui ad cætera inutilis, & ad tantum commodus viventes minime læd[illegible] Nec enim a vivis, neque a mortuis, terr[illegible] matris fœcunditas impedienda eſt.*

§. 2. Habuiſſe autem & totas famili[illegible] ſua certa loca ad ſepeliendum ſuos, v[illegible] hinc conſtat ex *Demoſthenis Orat. adve[illegible] Eubulidem*, ubi ait: Ἔθαψε τούτους εἰς πατρῷα μνήματα, ὧν ὅσοι περ εἰσὶ τοῦ γένους κο[illegible]νωνοῦσι. *Sepeliit eos in patriis monument[illegible] quæ quotquot e familia ſunt, participa[illegible]* Hinc *ſepulcra familiaria Cajo* dicuntu[illegible] quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtitu[illegible] In illis ſepulcris totidem arcæ, quot cor[illegible]pora collocabantur. Nam ſingula corpo[illegible]ra in ſuis arcis erant ſita & ſepulta, [illegible] omnes arcæ intra unum monumentum re[illegible]ceptæ ac conditæ. Monumenta autem e[illegible] non unius generis aut formæ fuerunt. A[illegible]pud Græcos, ubi corpora integra conde[illegible]re cœperunt, *hypogæa* & ſubterranea fue[illegible]runt. *Petronius: In conditorium etia[illegible] proſecuta eſt mulier defunctum, poſitumqu[illegible] in hypogæo Græco more corpus cuſtodire a[illegible] flere totis noctibus diebusque cœpit.* Omne[illegible] itaque mortui in illis *hypogæis* in ſua quiſ[illegible]

qu[illegible]

e arca poſiti jacebant. Fornicata erant:
de & *καμάρας* vocat *Phlegon*, qui &
*ίνας* appellat ſingulorum cadaverum the-
; vel arcas, quæ una *καμάρᾳ* vel forni-
habebantur conditæ. Subterranea ergo
erunt Græcorum monumenta, poſtquam
uſtrina cadaverum receſſere. *Heſychius:*
*πογαῖον, ὑπόγειον· τύμβον.* Ita vetus
*gabardi τὸ ὑπόγειον, ſubterraneum* uni-
voce dixit. *Romani* monumenta ſupra
rram exſtruebant & *ὑπέργεια* vocaban-
r. Ratio diverſitatis ex diverſo more
oceſſit. Qui corpora integra ſepeliebant,
ærenda his ſubterranea loca mortuis re-
ndendis, ne cadaveris odor putreſcen-
in ſupernis ſentiretur; nihil tale me-
endum a cineribus & reliquiis combu-
ſti corporis. Ideò qui comburebant cor-
ra ſua Romani, ſupra terram ædificata
buere conditoria. Hujus rei non leve
gumentum, quod apud Romanos quo-
e, ſi qui defunctorum corpora non cre-
arunt, in *cryptis* ſepeliverint. Hinc
*ypta martyrum.* *Crypta* proprie eſt ſub-
rraneus locus vel ſpelunca. Gloſſ. *crupta.*
*rottam* dicimus pro ſpelunca ex illo *cru-*
*e.* Hodie quoque Procerum monumen-
ta,

ta, & ſi qui alii gentilia ſepulcra habent, cryptæ veræ ſunt, ſpecus nempe defoſſi & ſubterranei fornices, in quibus aut terra obruta ſunt corpora, aut marmoreis & plumbeis atque etiam ligneis arcis condita. Nec putandum, alio more modoque facta habuiſſe Judæos, qui per facultates monumenta habere potuerunt. *Cryptæ* eæ fuerunt, ut eas auctores ſemper nominant, qui res eorum ſcripſere. Σπήλαια Græci appellant. Vetus auctor Itinerarii, quod *Benjaminis* nomine circumfertur, *pag.* 48. & *ſeq.* multa de ſepulcris Patriarcharum & Regum Iſraëlitarum profert: *Inde non longe eſt monumentum Ezechiel, Aſaph, Job & Jeſſe, David, Salomon, & habet in ipſa crypta ad latus deorſum deſcendentibus Hebraeis ſcriptum nomina ſuperſcripta.* Idem vetus Itinerarium ſepulcrum *Lazari cryptam* vocat. Apud *Johannem cap. XI.* μνημεῖον & σπήλαιον vocatur illa *Lazari* crypta, quam *Nonnus ſubterraneum ſpecum* interpretatur. Ex his colligi poteſt, quali forma fuerint *Judæorum* ſepulcra. Specus erat ſubterraneus lapide ſtructus & cameratus cum foramine deſuper ad demittenda cadavera, quod lapide

vic

rice operculi claudebatur. Nec alterius generis aut formæ fuiſſe liquet Græcorum *hypogæa*, ex eadem hiſtoria colligere licet. Quale fuit *Lazari* ſepulcrum, tale & Domini noſtri fuiſſe, certum *eſt*. Subterranea quippe & ſaxo conſtructa & fornice tecta & foramine, quod lapide claudebatur, aperta. Volunt tamen, ex rupe exciſam eſſe illam Dominicam cryptam, inducti verbis *Marci*, *quod erat exciſum e petra*. Alii *rupe* interpretantur, quaſi & rupes in horto fuerit illo; ſed fallit eos ratio. Veteri quidem *Græciæ* πέτρα idem quod rupem ſignificat. At *Græciæ* mediæ idiótiſmus πέτραν pro quolibet lapide uſurpavit, etiam pro cœmiterio. Præterea dicendum fuiſſet λελατομημένον ἐκ τῆς πέτρας, ſi ex rupe exciſum, quæ inibi erat, intellexiſſet. Norunt Græce periti, quid valeat illud abſque articulo ἐκ πέτρας, idem quippe ac ſi dixiſſet, ἐκ λίθου. Nam πέτρα eſt λίθος. *Lucas* omnem difficultatem amovet, qui μνῆμα λαξευτὸν vocat, & nihil aliud intelligit, quam monumentum ex polito atque quadrato lapide conſtructum; inde λαξόος proprie is dicitur, qui lapides polit. Male igitur *Beza* vertit: *In*

*mo-*

*monumento*, *quod erat in ſaxo inciſum.* Nullo modo hoc ſignificare poteſt vocabulum λαξευτὸν. Hinc cum non intelligeret *Nonnus* ſepulcrum Domini, ex uno lapide cavatum fuiſſe credidit. Monumentum itaque *Joſephi*, in quo Chriſti corpus jacuit, ſpelunca quidem fuit, ſed lapide ſtructa & concamerata, foramine desuper patente, quod ſaxo advoluto operiebatur.

§. 3. Duo itaque cœmiteria fuerunt, qui loci a Græcis οἱ Κεραμεικοὶ dicti ſunt, unus locus intra, alter extra urbem erat. *Ariſtophanes in Ranis* vocat τὰς ταφάς. Intra civitatem locus a *Thucydide* dicebatur δημόσιον σῆμα, & pertinebat ad eos, qui in prælio ob bonum publicum mortem fortiter obibant. Sic enim *lib.* 2. *bell. Peloponeſ.* memorat, quod reliquiæ eorum qui in bello erant occiſi, in publico monumento fuerint conditæ, quod juxta monumentum *Calliſti* apud ſuburbana: τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. *Virgilius* itidem *lib.* 3. *Æneid.* teſtatur ita canens:

*Ante urbem in luco falſi Simeontis ad-*
*cundum*

*Libabat cineri Andromache.*

.lter *Ceramicus* in diverſas diſtinguebatur artes; unde legimus, quoſdam ſepultos uiſſe in viis, alios in agris, uti pluribus emonſtravit *Joh. Kirchmann. de Funeri-us Romanorum lib. 2. pag. m. 264. ſeqq.* onf. *Aringhii Rom. ſubterran. Euripid. n Rheſ. v.* 8[illegible]0. aliosque.

§. 4. Quod ad *modum Sepulturæ* atti-et, varius erat. *Megarenſes* inter ſepe-iendum reliquias defunctorum ſuorum in epulcro condebant verſus orientem So-em: Athenienſes ad occaſum. Mox au-em poſtea *Megarenſes* ritum hunc cum Athenienſibus obſervarunt teſte *Plutarcho* In *Solone*, his verbis: *Terra autem mortuos Megarenſes condunt ad orientem obverſos; ad occaſum Athenienſes. Cui reclamans Hereas Megarenſis, ait, Megarenſes quoque cadavera in occaſum verſa collocare.* Sic apud *Ælianum lib. 5. var. Hiſt c. 14. pag. m 325. edit. Argentin.* legimus θάπτειν ᾗ πρὸς δυσμὰς βλέποντας *ut ad occaſum ſpectet, ſepeliat.* Et *lib. 7. cap. 19. pag. m. 389.* oſtendens, quomodo verbis & ſtrategemate Megarenſes vicerit *Solon*, *Ælianus* memorat: Ἀρχαίας τῶν θήκας

H ἀνοί-

ἀνοίξας, ἀπέδειξε πάντας Ἀθηναίους πρὸς δύσιν κειμένους κατὰ τὸ πατρῷον αὐτοῖς ἔθος· τοὺς δὲ Μεγαρεῖς εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε τεθαμμένους. i. e. *Reſeratis enim antiquis monumentis oſtendit omnes Athenienſes verſus occaſum patrio more jacere: Megarenſes vero temere & ſine diſcrimine ſepultos eſſe.* Sed Laertius *lib.* 1. *in Solone* de eodem ſcribit: *Athenienſium* νεκροὺς πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένους, *mortuos ad Orientem converſos in ſepulcris jacuiſſe.* Cui ſuffragatur *Thucydidis Scholiaſtes*, dicens, omnes Græcos ἐπ' ἀνατολὰς ποιεῖν ὁρᾶν τοὺς νεκρούς: *facere, ut Orientem ſpectent mortui. Hoc ego putem*, ſcribit *Joachim Kuhnius in an. not. p.* 390. *de facie mortuorum Orienti obverſa accipiendos eſſe. Jam vero mortui qui ubique gentium ſepeliuntur ſupini, non potuerunt faciem habere Orientem verſus, niſi ante capita ſpectaverint Occidentem. De hoc totius capitis ſitu verſus Occidentem loquitur noſter & qui cum noſtro tradunt Athenienſium ſepultos* πρὸς δύσιν κεῖσθαι *occaſum verſus ſitos eſſe. Hoc malim quam cum Caſaubono Laërtium aut alios ſecutum eſſe auctores, aut memoria lapſum.* Inſuper & *terram* in ſepulcrum ſuperinjiciec

ciebant, prout habet *Theocriti Scholiaſtes Idyll.* β. *pag.* 50. vid. *Nonn. Dionyſ. lib.* 37. Item *Lucian. de Luctu pag.* 793. & arma inferebant teſte *Diodor. Sicul. lib.* 18. ubi arma in feretro Alexandri impoſita recenſet. Ita capta Scyronis inſula, cum Cimonem inceſſiſſet cupido oſſa *Theſei* ibi ſepulti eruendi, εὑρέθη γὰρ θήκη μεγάλου σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ καὶ ξίφος. *reperti ſunt magni corporis loculi, una adjuncta ænea haſta atque enſe Plut. Theſ.*

---

## CAPUT XIII.

## DE

## CORPORIS CREMATIONE, RITU CREMANDI, LOCULIS ET RELIQUIIS.

§. I.

HActenus vidimus *Græcorum humationem*, quæ primis temporibus apud

iſtos uſitata fuit. Progredimur ad corporum cremationem, quæ conſuetudo poſtea radices egit altas, juxta illud *Quintiliani declam.* 10. *Animam, quoties exonerata membris mortalibus levi ſe igni luſtraverit, petere ſedes inter aſtra. Ratio hujus ritus*, inquit, *Scholiaſtes*, *erat, quia hoc medio corpus facillime in nihilum redigi poterat.* Verum hæc conſuetudo nec omni tempore, nec ab omnibus obſervata fuit. Antiquiſſimum humandi ritum refert *Cicero*, & jam inde a *Cecropis* apud Athenienſes temporibus uſitatum II *de Leg.* Ita funeratus apud *Thucydidem lib.* 4. *Braſidas*: apud *Herodotum Erato Periandri* uxor, aliique, quos recenſere longum. Ita quoque ſero apud *Romanos* receptam cremandi conſuetudinem tradit *Plin. lib.* 7. *cap.* 54. nec adeo in multis familiis obtinuiſſe. Apud *Homerum* tamen omnia Græcorum & Trojanorum cadavera videmus comburi. Quidam *Herculi* inventum hoc adſcribunt, vid. *Franciſc. Rous Archaolog. Attic. pag. m.* 260. & *Kirchmann de Funeribus Romanorum pag.* 4. quod tamen dubium aliquibus videtur. Quicquid igitur ſit, ſive Hercu-

lem

lem ſive alium habeat auctorem *crematio*, hoc conſtat; Troicis temporibus illam apud Græcos fuiſſe uſitatiſſimam, ſi modo fides habenda eſt ipſorum Poëtis, quorum teſtimonia cuivis ſunt obvia & in promptu. vid. *Joh. Kirchmann. de Funeribus Romanorum pag. m. 5. ſeqq.*

§. 2. Negari quidem non poteſt, multos populos *cremationem* odiſſe. *Magi* inter *Perſas*, teſte *Laertio lib.* 10. nefas exiſtimarunt, igne ſepelire cadavera, & putarunt ἀνόσιόν τι, *rem maxime profanam.* vid. *Thomæ Bartholini antiquit. Danic. pag. m* 300, *edit. Hafn.* 1689. Quare cadavera & humarunt & combuſſerunt. Et ſi hæc conſideramus, facillimo negotio elicere poſſumus, quod non ſit neceſſarium, τύμβον deſcendere a τύφεσθαι. τυτέστι καίεσθαι, *comburere*, uti *Scholiaſtes Ariſtophanis* vult; ſed τύμβος proprie eſt aggeſta terra ſupra corpus, quod in ſcrobe deponebatur, teſte *Salmaſ. in Plin. exercitat. fol. m.* 858. Quæ conſuetudo ſcil. ſepeliendi cadavera poſterioribus temporibus majoris pretii & honorabilior habita fuit. Denegabant autem *cremationem* (1.) *infantibus*; religio etenim erat *in-*

*fantes* cremare, uti *Plinius lib. 7. cap.* 16. refert his verbis : *Hominem prius quam genito dente cremari, mos gentium non eſt.* Unde lux *Juvenali Satyr.* 15.

*Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ*
*Virginis occurrit, vel terra clauditur infans*
*Et minor igne rogi.*

Locus autem, ubi ejusmodi infantes ſepeliebantur, dictus fuit *Suggrundarium. Fulgentius Placiades* teſte *Martin. in Lexic. Etymol. Suggrundaria antiqui dicebant ſepulchra infantium, qui necdum* XL. *dies impleviſſent, quæ nec buſta dici poterant, quia oſſa, quæ comburerentur, non erant: Thomas de S. Quercu* ita deſcribit : *The place where infants were buryed, that had not lived above fourty days.* Lat. *Locus, ubi infantes, qui ultra quadrageſimum diem non vixerant, inhumabantur,* Das uber viertig tage nieht gelebet hatte. (2.) illis, qui ſeipſos occiderant, *crematio* negabatur, uti auctor *Philoſtratus* in *Heroicis,* cujus verba Latina producemus : *Sepelierunt autem Ajacem, corpus ejus in terram ponentes, cum Calchas cenſuiſſet, fas non eſſe*

*ſſe eos igne comburi, qui ſe interfeciſſent.* Hinc & apud *Statium lib.* 3. *Thebaid* Rex Thebanorum *Mæonem*, qui ſeipſum e vita ſuſtulerat,

*- - vetatque igne rapi, pacemque ſepulcri*
*Impius ignavis nequicquam manibus arcet.*

(3.) *Fulguritis* teſte *Plinio lib.* 11. *cap.* 54. qui eo in loco ſepeliebantur, ubi moriebantur, ſeu peculiari loco, uti illi, qui ſuſpendio necati ſunt, ſepeliri ſolent. *Artemidorus lib.* 11. *cap.* 8. eleganter: *Fulguriti non transferuntur in alium locum, ſed ubicunque fulmine occupati, ibi & ſepeliuntur.* Quorſum pertinet illud *Quintiliani declam.* 264. *Quo quis loco fulmine ictus fuerit, eodem ſepeliatur.* Plura qui deſiderat, evolvat *Joh. Kirchmann. de Funeribus Romanor. lib.* 1. *pag. mih.* 16, 17. *ſeqq. edit. Brunſvic.* Ita *Capaneus*, quem *Athenienſes* lapidibus necabant, murum deſcendens, quia a *Jove* putabatur occiſus, *ſeorſim*, χωρὶς ſepeliebatur teſte *Franciſc. Rous Archæolog. Attic. pag. m.* 259. Pari paſſu *proditores* inſepulti relinquebantur. Ideo *Themiſtoclis* oſſa, licet O-

raculum expreſſis mandaverit verbis, Athenas ferri non poterant, quia pactum cum Artaxerxe inierat, ut proderet patriam.

§. 3. Progredimur ad ipſum cremandi ritum, qui ſequenti modo in actum traducebatur. Exſtructa pyra cadaver arcæ lapideæ impoſitum igni tradebatur, juxta illud *Homeri Iliad.* 24. *verſ.* 792. *Hectoris* funus deſcribentis:

'Εν ᾗ, ait, πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν, ἐν ᾗ ἔβαλον πῦρ:

*Pyræque ſummæ cadaver impoſuerunt, injeceruntque ignem.*

Erat autem pyra illa ſtrues lignorum ad comburendum cadaver parata. *An heap of wood made for the burning of a dead body, a funeral fire.* Gloſſar. *Rogum* ponit πυρὰν νεκρῶν. *Scholiaſtes Euripidis* in *Hecuba*: Πυρὴ τὸ πῦρ τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἁπτόμενον. *Pindar* 3. *Pyth.* τεῖχος ξύλινον appellat. conf. plur. *Martin. Lexic. Etymolog. in voce Rog.* Pyra hæc ex variis lignis compoſita erat. Interdum conſtabat ex ligno quercino, uti apud *Euripid. in Hercul. furent. verſ.* 241. *ſeq.* ubi legimus κορμοὺς δρυὸς, *quercuum truncos. Age*

*alios*

*alios ad Heliconem, alios ad vallem Parnaſſi,*

Τέμνειν ἄιωχθ' ἐλθόντας ὑλουργοὺς δρυὸς
Κορμούς. Ἐπειδὰν δ' εἰσκομισθῶσιν πό-
λει.

*Ire & ſecare jubeo ſylveſtres quercuum*
*Truncos: Poſtquam in urbem intule-*
*runt,*

Βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα
Ἐμπίπρατ', αὐτῶν καὶ πυροῦτε σώματα.

*Circa aram cumulantes utrinque con-*
*ſtructa ligna*
*Incendite ea & cremate corpora.*

Ex his ſane patet, in funere filiorum *Herculis* pyram factam eſſe ex *lignis quercinis.* Interdum *olea* adhibebatur, uti *Sophocles Trachin. pag. m. 465. edit. Cantabrig.* teſtatur his verbis:

Πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυῤῥίζου δρυὸς
Κείραντα, πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ'
ὁμοῦ
Ἄγριον ἔλαιον, σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν
Καὶ πευκίνης λαβόντα λαμπάδος σέλας
Πρῆσαι &c.

i. e. *Deinde multis lignis quernis ſectis, & de ſylveſtri olea pyra inſtructa oportet te virili animo corpus meum ſuperimponere,*

*ac face picea ſubjecta incendere rogum.* Interdum *pinus*, uti *Athen. lib.* 15. refert, quæ tantum in combuſtione virginum uſurpata. *Virgilius lib.* 4. *Æneid.* varias lignorum ſpecies adfert ita canens:

*At Regina pyra penetrali in ſede ſub auras*
*Erecta ingenti tædis atque ilice ſecta.*

& *lib.* 6. *Æneid.*

*Procumbunt piceæ, ſonat icta ſecuribus ilex,*
*Fraxineæque trabes, cuneis & fiſſile robur*
*Sciditur, advolvunt ingentes montibus ornos.*

Si quis in mari naufragio periiſſet, rogum e fragmentis carinæ ſtruebant & cadaver comburebant, uti *Manilius lib.* 4. id affirmat:

*- - ut corpus ſepeliret naufragus ignis*
*Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ.*

Exuviis etiam hoſtium exſtruebatur Regibus mortuis pyra: quem ritum ſepulturæ hodie quoque Barbari ſervare dicuntur. conf. annot. *Johann. Veenhuſen. in Stat. pag.m.* 770. *edit. Lugd. Batav.* 1671. Li-

gnæ

gna pyræ rudia & impolita eſſe oportebat. quæ lex autem exolevit, uti ex *Plinio* cognoſcimus, qui *lib.* 35. *cap.* 7. *pictos* ait eſſe *rogos* ; non autem niſi affabre polita ligna picturis exornari ſolita eſſe, probabile eſt.

§ 4. Præterea *pyras* quoque *cupreſſo* cingi ſolitas, ut fœtorem cadaverum, jucunditate ſui odoris comprimerent, auctor *Varro* apud *Servium in lib.* 6. *Æneid.* his verbis: *Varro dicit pyras ideo cupreſſo circumdari ſolitas propter gravem uſtrinæ odorem, ne eo offendatur populi circumſtantis corona : quæ tamdiu ſtabat reſpondens fletibus præficæ, hoc eſt, planctuum principis, quamdiu conſumpto cadavere & collectis cineribus dicebat notiſſimum verbum ILICET, quod ire licet ſignificat. Virgilii* locus hic eſt :

*Ingentem ſtruxere pyram, cui frondibus atris*
*Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos*
*Conſtituunt.*

*Statius lib.* 4. *Thebaid.*

*- - ſuperat tamen agger in auras*

*Pineus, hunc juxta cumulo minor ara profunda*
*Erigitur Cereri; frondes atque omne cupreſſus*
*Intexit plorata latus.*

Eadem opinor de cauſa *Calanus Indus* e lignis odoriferis, ut cedro, thyo, cupreſſo, myrrho & lauro pyram paravit, & in eaque ſe ultro combuſſit, ut tradit *Ælianus lib. 5. Var. Hiſtor. cap. 6. pag m. 313. edit. Argentin.* 1685. Ἐγεγένητο μὲν ἡ πυρὰ ἐν τῷ καλλίστῳ προαστείῳ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἦν τὰ ξύλα αὖα, καὶ πρὸς εὐωδίαν εὖ μάλα ἐπίλεκτα, κέδρου, καὶ θύου καὶ κυπαρίττου καὶ μυρσίνης καὶ δάφνης. id eſt, *Extructa & apparata pyra in Calliſto ſuburbio Babylonis ex lignis aridis & ad provocandam bonam fragrantiam delectiſſimis, cedro, thyo, cupreſſo, myrto & lauro.* confer *Doughtai analect. Sacr. part. 1. pag. m* 196, 197. ubi plura. De forma pyrarum dicendum aliquid hic venit, quod in *aræ* modum extructa fuerit, ſeu ut *Xiphil. in Severo*, forma triangulari & inſtar turris. vid. *J. Kirchman de Funer. Romanor. lib. 3. pag. m. 319.* Quoad *quantitatem*, modo *altiores*, modo *humiliores* erant; tenuioribus

us parvi, ſuperioribus alti rogi conſtrue-
antur.

§. 5. Omnia cum feciſſent, quæ ad ro-
um comburendum neceſſaria eſſent, mor-
ui ſanguine proximus incendebat teſte *Xi-
hil. in Sever. de ejus funere*, cui adſtipu-
atur *Appian. lib.* 1. ἐμφυλ Rogo incen-
o, id quod vultu & capitibus averſis fie-
bat teſte *Virgil. lib.* 6. *Æneid.* ventos opta-
bant, teſte *Franciſc. Rous in Archæol.
Attic. lib.* 5. *cap.* 29. *pag. m.* 262. *All
the woile it was burning, the mourners
ſtood round about Bonefire, and prayed to
the winds to blow.* Lat. *Dum pyra arde-
bat, qui lugebant circa rogum ſtabant, &
ventos invocabant, ut ſpirarent*, qui flam-
mam ardentiorem ſuſcitarent, alerentque,
ut ita cadaver rogo impoſitum facilius ci-
tiusque abſumeretur. Unde A*chilles* apud
*Homerum* in combuſtione P*atrocli* ventos
invocabat, *Iliad.* 23.

Ἐνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀ-
χιλλεύς
Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς δοιοῖς ἠρᾶτ' ἀνέ-
μοισι
Βορέῃ καὶ Ζεφύρῳ, καὶ ὑπέσχετο ἱερὰ
καλὰ,

Πολλὰ δὲ καὶ σπένδων χρυσέῳ δέπαϊ λι-
τάνευεν
Ἐλθέμεν, ὄφρα τάχιστα πυρὶ φλεγεθοία-
το νεκρὸν
Ὕλη τ' ἐσσεύοιτο καήμεναι.

i. e. ex verſione *Sebaſt. Caſtalionis fol. m.* 265.

*Tunc rurſus alia cogitavit pedibus va-
lens divus Achilles*
*Stans ſeorſim a pyra duos oravit ventos:*
*Boream & Zephyrum & promiſit ſa-
cra pulchra:*
*Multaque & libans aureo calice, ſup-
plicabat*
*Ut venirent, ut citiſſime igne combu-
rerent cadaver,*
*Lignumque feſtinaret ardere.*

Et Propert. *Eleg. ad Cynth. lib.* 4.

*Cur ventos non ipſe rogis ingrate peti-
ſti?*

& *Herodian. lib.* 4. *Dein impoſito in medium, mactatisque omne genus animalibus ſubjecit ignem, phialamque manu tenens, vinumque libans,* VENTOS PRECATUR. conf. P*lutarch. in fun. Sylla.* Hos ſi impetrarent, ut quam citiſſime ignem ſufflarent & cadaver combu-

urerent , id omen excellentiſſimum habatur.

§. 6. Funere in pyram collocato , mites atque omnes, qui exequias venerant olenni ritu rogum *ter* ambire, & hoc mo-o affectum ſuum erga defunctum oſtenere ſolebant. Cujus ritus meminit *Hoerus Iliad.* ψ. conf. *Apoll. lib.* 1. *Argoautic.* imprimis autem de illo evolvenus *Kirchmannus de Funeribus Romanoum lib.* 3. *pag. m.* 326. *ſeqq.* ubi conſueudo & mos uberius explicatur. Audianus *Jacob. Geuſ. in tract. de victim. Human. pag. m.* 110. Antiqui rogum amici defuncti *ter* circuibant & luſtrabant, ſicut *Virgilius* in *Pallantis* exequiis de Troanis teſtatur, *Æneid.* 11. & non dubito, quin *circuire* ponatur pro *luſtrare* vid pag. 119. & 120. Antiquitus etiam varia pecudum & animalium genera ad rogum mactari in eumque conjici ſolebant, ac præſertim ea, quæ defunctis cariſſima fuiſſe conſtabat. Unde *Sophocles in Antigon.* ſub perſona *Creontis* jubet. *pag. m.* 246. *edit. Cantabrig.*

Ἐτεοκλέα μὲν ὃς πόλεως ὑπερ μαχῶν
Ὄλωλε τῆσδε πάντ' ἀριστεύσας δορὶ,

Τά

Τάφῳ τε κρύψαι καὶ τὰ πάντ᾽ ἀφανίσαι
Ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς.

i. e.

*Ut Eteoclem, qui pro urbe pugnans*
*Interiit, rem fortiter gerens, ſepeliant,*
*Et omnia ſimul obruant,*
*Quæ claris adducuntur mortuis.*

Neque hic ritus *Homero* fuit incognitus: quandoquidem in funere Patrocli ovium, boum, equorum & canum mentionem facit *Iliad.* ψ. *ſol. mih.* 264. cujus verba cum ſint prolixa, ex verſione *Sebaſtiani Caſtalionis* recenſebimus:

*Multas autem pingues oves & errabundas camuras boves*
*Ante pyram excoriarunt & diſpoſuerunt. Exque omnibus*
*Adipem accipiens, obtexit cadaver magnanimus Achilles*
*Ad pedes a capite, circumque excoriata corpora congregavit:*
*Impoſuitque mellis & olei amphoras*
*Ad feretra inclinans. Quatuor autem procera cervice equos*
*Feſtinanter injecit pyræ graviter ſuſpirans.*

*Ne-*

*Novem huic regi menſarii canes erant,*
*Et quidem ex his injecit pyræ duos jugulans.*

Confer huc *Tiraquell. annot. ad Alexandrum ab Alexandro Genial. dier. lib.* 3. *pag. n.* 638. *part.* 1. *edit.* Lugd. *Batav.* 1673.

§. 7. Imo ſuperſtitio tantum excrevit, ut vivi homines, puta captivi vel ſervi ad rogum illuſtrium virorum mactati fuerint: putabant etenim manes interemptorum quieſcere & placari non poſſe, niſi cum iis in eodem rogo, quo eorum cadavera comburebantur, captivi immolati in holocauſtum ſimul cremati eſſent. Hoc *Bacchus* in exequiis amici ſui *Opheltis* ex vulnere mortui obſervaſſe legitur apud *Nonnum Dionyſ. lib. XXXVII. In rogo vero medio ſternebant mortuum, circa vero defunctum Aſterius Dictæus ſublimem gladium extrahens:*

Ἰνδοὺς κυανέους δυοκαίδεκα δειροτομήσας
θῆκεν

*Indos nigros duodecim capite truncans*
*Poſuit ducens coronatim continuo ſuccedente quodam ornatu:*
*Impoſuit vero mellis & unguenti amphoras.*

*Achilles* quoque *Græcorum* dux in combu-

ſtione

ſtione cadaveris amici *Antilochi* idem fecit, teſte *Philoſtrato* juniore: Ὅτε, δὴ τὸν Ἀχιλλέα πυρὰν τε τῷ Ἀντιλόχῳ νῆσαι καὶ πολλὰ εἰς αὐτὴν σφάξαι τά τε ὅπλα, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Μέμνονος. i.e. *Quando Achillem pyram Antilocho ſtruxiſſe ajunt, multaque in ipſam mactaſſe, armaque Memnonis ad caput combuſiſſe.* Et idem *Achilles* in ultima conclamatione & funere dilectiſſimi *Patrocli. Hyginus fabul.* 274. *Quarto decimo* Achilles *Patroclo funebres* (ludos) *fecit, in quibus* Ajax *vicit luctam &c. dimiſſo ſpectaculo eodem, Phrygas captivos duodecim in rogum Patrocli & equum & canem conjecit.* Adde *Libanium Sophiſtam Diſſert. Moral.* 2. De eo ſic *Homerus Iliad.* ψ. *fol.* 264

> Δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς
> Χαλκῷ δηϊόων.
> *Duodecim etiam Trojanorum magnanimorum fortes filios*
> *Ferro mactans.*

Attamen captivus *Trojanos* non combuſtos, ſed ad favillam rogi *Patrocli* jugulatos fuiſſe teſtatur *Dictys Cretenſis. lib.* 3. *bell. Trojan. Dein captivos omnes* (duodecim a

*Dio-*

*omede*, quadraginta ab *Ajace* captos) *quem ceperant, in ordine Achilli offerunt; que vino ſopita jam favilla reliquias* (*Pa-cli* ſocii) *in urnam collegerat: decre-n quippe animo gerebat ſecum, in pa-um ſolum uti adveheret, vel ſi fortuna ſe caſum mutaret, una eademque ſepul-a cum chariſſimo ſibi omnium contegi. que eos, qui oblati erant* (captivos) *de-ci ad buſtum, una etiam Priami filios ſum* & *Evandrum*)*ibique ſeorſim aliquan-um a favilla jugulari jubet, ſcil infe-s* Patrocli *manibus; ac mox Regulos ca-bus dilaniandos jacit.* Captivorum ſan-ine & immolatione ipſi etiam *Græci* ipſius *chillis* manes & rogum ſatiarunt & hono-unt, cum vita exceſſiſſet. *Cointhus Smyr-us lib.* 3.

- - Πολλοῖς ἣ ἐφύπερθε βάλοντο
ρώων δηώσαντες ἰμῶ· περικαλλέας υἷας.&c.

c. *Nec paucos ſuperinjiciunt*
*Una Troum forma inſignes natos, quos*
*obtruncaverant.*
*Adjiciunt etiam oves & porcos onuſtos*
*pinguedine*
P*orro Myrmidones, ubi vaſti corporis*
*Regem ignis funeſtus conſumſerat,*

*Ulti-*

*Ultimum poſt alios, qui necati erant,*
*mortui honorem*
*Equos, viroſque & quæcunque alia*
*chrymantes*
*Achivi ex theſauris deprompta angu*
*cadaveri adjecerant.*
*Tandem pyram vino reſtinxerunt.*

Sed de his ſacrificiis alibi tractabitur; qu re ad alios nos conferimus ritus. Cu ſcil. omnia igne conſumta eſſent, ſang ne conjuncti ignem ſeu pyram *nigro* c tinguebant *vino*, uti *Homerus* dicit *Ilia* 24.

Πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθο
οἴνῳ
Πᾶσαν, ὁπόσσον ἐπέσχε πυρὸς μένος.

i. e. *Primum quidem pyram extinxerunt n*
*gro vino*
*Totam, quantum occuparat ignis robu*

*Cointhus* pariter *Smyrn. lib.* 5. *v.* 651.

Ἀλλ' ὅτε δὴ δέμας ἠὺ κατήνυσε πῦρ ἀ
δολον,
Δὴ τότε πυρκαϊὴν οἴνῳ σβέσαν
*Cæterum ubi grande corpus* ( Ajacis
*ignis funeſtus conſumſiſſet.*
*Tandem rogum vino reſtinxerunt.*

§. 8. Rog

§. 8. Rogo extincto cinerem colligebant ſſa, quod munus proprie *oſſilegium* di- ur, & mulieribus & aliis propinquis mmune erat teſte *Franciſ. Rous in Ar- olog. Attic. lib. 5. cap. 10. pag. m.* 263. c lavabant aqua & in urnas, χύτρας, in- ant, lacte, aliisque odoribus, imo am lacrymis irrigabant & linteo invol- ant, poſtquam adipe porcino unxiſſent, arcæ includebant, quam θήκην aut πυέ- aut σορὸν vocabant Græci. *Homerus ad.* 24. ubi ſepulturam Hectoris proſe- itur, ita canit:

Ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοι ἕταροί τε
Μυρόμενοι, θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ
 παρειῶν,
Καὶ τά γε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑ-
 λόντες
Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλα-
 κοῖσιν.
Αἶψα δ' ἄρ' ἐς κοίλην κάπετον θέσαν· αὐτὰρ
 ὕπερθε
Πυκνοῖσιν λάασι κατεστόρεσαν μεγάλοισι
Ῥίμφα δὲ σῆμ' ἔχεαν - - -
Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα, πάλιν κίον.

c. *Oſſa alba collegerunt fratres ſociique*

Lu-

*Lugentes: calidæ autem manabant la-*
*crymæ per genas.*
*Atque illa auream in urnam poſuer[unt]*
*ſumentes,*
*Purpureis peplis obtegentes mollibus.*
*Mox autem in concavam foſſam poſſ-*
*runt & denſos*
*Deſuper lapides ſtraverunt magnos.*
*Celeriter autem tumulum fuderunt -*
*Aggeſto autem tumulo redierunt.*

Pariter & *Odyſſ.* 24. *v.* 71. ait:

Αὐτὰρ ἐπεὶ δή σε φλὸξ ἤνυσεν Ἡφαίςοι
Ἠῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀςέ' Ἀχιλλε
Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι. Δῶκε
μήτηρ
Χρύσεον ἀμφιφορῆα.
Ἐν τῷ τοι κεῖται λεύκ' ὀςέα φαίδιμ' Ἀ-
χιλλεῦ. *v.* 76.
Ἀμφ' αὐτοῖσι δ' ἔπειτα μέγαν καὶ ἀμύμο-
να τύμβον.
Χεύαμεν. *v.* 80.

id eſt:

*At poſtquam flamma te penitus abſum-*
*ſit Vulcani,*
*Manè tua collegimus alba oſſa, o Achi-*
*les,*
*Vino puro & unguento. Dedit autem*
*mater*

*Auream amphoram. - -*
*In hac tibi jacent alba oſſa, illuſtris Achilles.*
*Circum has reliquias vero poſtea magnum & præclarum ſepulcrum*
*Fudimus.*

§. 9. Ex his ſane liquet, cineres & oſſa [no]n modo collecta, ſed etiam vaſculis in[c]luſa fuiſſe, quæ Græcis ὀςοθῆκαι vel ὀςο-[θ]ῆκαι dicebantur. *Urnæ* itaque hæ pro cu[ju]ſcunque conditione & facultatibus erant [ve]l viles vel pretioſæ. De *aureis urnis* jam [al]iquid dictum, & legi hic meretur *Jo-[ha]nn. Kirchmann. lib. 3. de Funeribus Ro-[m]anor. pag. m. 367. edit. Brunſv. Cointhus [S]myrn. lib. 5. verſ. 652.* de Ajacis ſepultura [lo]quens inquit:

- - ὀςέα αὐτῦ
Χηλῷ ἐνὶ χρυσέῃ θῆκαν - -

[i.]e. *Reliquias autem Herois in urna aurea [co]ndiderunt.* De argentea autem lib. 3. verſ. [.]26. his verbis tractat:

- - ὀςέα πάντα περιςενάχοντες ἑταῖροι
Ἄλλεγον ἐς χηλὸν πολυχανδέα τε, βελαρῆντε
Ἀργυρέην, χρυσῷ δὲ διαυγέι πᾶσ' ἐκέκαςο

i. e.

i.e *Oſſa autem illius omnia, cum gemi-amici collegerunt in urnam capacem & pon-deroſam ex argento conflatam, quæ fulgi-auro tota inſignita erat.* *Æneæ* mem-nit *Virgil lib. 6. Æneid.* Sequitur *mar-morea Xiphil. in Sever.* Denique *fictiliu-* urnarum meminit *Propert. lib. 11. Ele-12. Kirchmann. de Funeribus Romanor. li-3. pag. m. 368. ſeq.* *Pfeiffer. Antiq. Græ-lib. 4. c. 49. p. 745. ſeq.* Notatu dig-ſunt verba Angli doctiſſimi *Franciſ. Ro-Archæol. Attic. lib. 5. cap. 29. The veſ-whatſoever it was is in* Lychophron *call-* κρωσσὸς, *as if it were a pot: and in Moſch-* χρύσειος κρωσσὸς, *as if were wont to be g-ded. And in Plutarch in Num.* λίθινος σορὸς, *as if were wont to te ſtone. me think it may be called a coffin, for i read it u-uſually made of wood viz. of Cedar, wh-is longeſt a rotting and is therefore call-* νεκρῶν ζωὴ, *the life of the dead.* Lat. *V-qualecunque eſſet, apud Lychophronem v-catur* κρωσσὸς, *quaſi eſſet olla, & Moſcho* χρύσεος κρωσσὸς, *quaſi auro ducta fuiſſet, & apud Plutarchum in Nu-* λίθινος σορὸς, *quaſi fuiſſet lapideus. m-videtur, bene vocaretur loculus, quia l-*

*ili-*

*ud vas utplurimum ex ligno confectum iſſe, nimirum cedrino, quod non facile pu-ſit. ideo vocatur vita mortuorum.* Vo-bulum itaque κέδρ☉ probat ex hac ma-ria factis eſſe urnas, quod declarant ver-*Admeti* apud *Euripid. Alceſt. v.* 365. i cum uxore in eodem ſepulcro quieſcere ſiderat his verbis:

Ἐν ταῖσιν αὐταῖ, γὰρ μ' ἐπισκήψω κέδροις
Σοὶ τέσδε θεῖναι πλευράς - - -

e. ex verſione *Philip. Melancht pag. m.* 44. *Faciam teſtamentum, ut in eodem fe-tro mea latera ponam juxta.* Iſtam urnam ωσόν dictam fuiſſe, affirmat *Cl. Salma-us in Exercit. Plin. fol. m.* 847. his verbis: *rna proprie erat, in qua cineres & reli-iæ corporum combuſtorum reponebantur,* κάλπην *Græci vocant &* ὑδρίαν *&* κρωσσόν. *rammatici* κρωσσὸν *exponunt* ὑδρίαν, λή-θον, σάμνον. *Africanus in Ceſtis, capi-* περὶ μέτρων καὶ σαθμῶν *urnam vertit* κά-ν. Hanc urnam, in quam reliquiæ con-bantur, veteres coronabant. Quo exem-o *Plutarchus* memorat *Marcelli* cadaver ombuſtum fuiſſe conditum urna argentea, i circumdata erat aurea corona. Urna au-a, in qua conditæ erant reliquiæ *Deme-*

*trii*, fuit circumdata corona. Additq; *Plutarchus in Demetr.* hæc verba: Ἐισ Κόρινθον ἢ ςόλε καταπλέοντ☉, ἡ τε κάλπ ἐκ πρύμνης περιφανὴς ἑωρᾶτο, πορφύρᾳ βα σιλικῇ καὶ διαδήματι κεκοσμημένη: *At cla Corinthum navigante, urna e prora pr fulgens conſpiciebatur purpura regia & di demate ornata.*

§. 10. Eorum autem, qui extra patria peregrino ſolo morerentur, oſſa in patria reportari ſolita etiam inſuper teſtatur *Si das* ex *Homero* in voce πύσει, his uſus verb πύσει, σήψει. Ὅμηρ☉,

- - Σέο δ' ὀστέα πύσει ἄρερα
Κειμένε ἐν Τροίη.

i. e.

- - *Tua vero oſſa putrefaciet terra*
*In agro Trojano.*

Sic etiam de iis, qui extra patriam be erant interfecti, ſcribit *Thucydid. lib. 2. b Pelopon.* Pari modo *Franciſ. Rous in A chaeol.* Attic. *pag. m.* 263. *If the pa were burnt in a forraigne Countrey, bones or his aſches were carried ho in the coffin, and pompouſly ſhewed a adorned with garlands, in every place t came to.* Lat. *Si defunctus combureretur*

*[r]egione extera, oſſa cincreſque ejus tranſ-[v]ehebantur domum in loculo & in pompa [g]eſtati & decorati ſertis, quocumque loco-[r]um veniſſent.* juxta illud *Ovidii:*

*Oſſa tamen facito parva referantur in urnæ:*
*Sic ego non etiam mortuus exul ero.*

[R]eferri autem & huc illud poteſt, quod [f]ilii ſuper ſepulchris parentum ſeſe circum-[e]gerint, crematisque parentibus defun-[c]tis, cum primum *os* repcrirent, mortuum [d]ivinam conſecutam naturam dixerint, uti [P]*lutarch. cap.* 46. teſtatur. Si ad quadri-[v]ium perveniſſent, tunc affines & cognati [C]*ompitalia* celebrabant. de Compital. vid. [S]*tuck lib. de Sacrif. Gentil. Franciſc. Rous* [A]*rchæolog. Attic. lib.* 5. *cap.* 29. *pag. m.* [1]64.

# CAPUT XIV.

## DE

# DONARIIS IN ROGUM CONJECTIS.

§. I.

MUnera dabant propinqui mortui quæ vel animata vel inanimata eran & Græcis δῶρα frequentiſſime dicuntu Xiphilino ἐντάφια. Hujus autem gener fuerunt (1) veſtimenta teſte Euripide Rheſ. Act. 5.

Καὶ νῦν ἕτοιμος τῷ ᾗ τεῦξαι ζάφον
Καὶ συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλι-
δήν.

i. e. Quin jam paratus ſum, ut illi ſepulchru
ſtatuam,
Simulque veſtes pretioſas cremem.

Virgil. lib. 6. Æneid. ita canit de hoc r tu:

Tum geminas veſtes oſtroque auroque r
gentes

Extulit Æneas.
Et loquitur hic & alibi ex more Romanis
atis familiari, quem & in funeratione C.
Cæſaris, ſicut rem geſtam narrat *Sueton.*
. 84. obſervarunt. de quo *Joh. Kirch-
man. cap.* 5. *lib.* 3. *pag. mih.* 339. *ſeqq.
edit. Brunſvic.* videndus. Ex parte vero
Græcorum ſufficiat vel illud *Luciani in
Philopſeud.* Ἐδήλωσα δ' οἷς περὶ αὐτὴν ἔ-
πραξα, ὅπως ἠγάπησα οὐ ζῶσαν μόνον, ἀλ-
λὰ ἐπεὶ καὶ ἀπέθανε, τόν τε κόσμον ἅπαντα
συγκατακαύσας, καὶ τὴν ἐσθῆτα - - *Declaravi
his rebus, quas in eam* (uxorem) *feci,
quomodo dilexerim, non modo dum vive-
ret, verum etiam poſtquam fato functa eſt,
mundum ejus univerſum, veſtemque, quæ
dum viveret delectabatur, in rogum ejus in-
jiciens.* Præter veſtes etiam (2) *arma* ac va-
ria ornamenta, quibus defunctus in vita
erat uſus, in pyram conjecta fuiſſe reperio
apud *Feithium in antiquit. Homer. lib.* 1.
*pag. m.* 73. alioſque. Sic in *Homer. Iliad.*
6. legimus, quomodo *Achilles* Theba-
rum Regem *Eëtionem* a ſe bello interfe-
ctum hoc modo terræ mandaverit. Et *El-
penor* petit ab *Ulyſſe Odyſſ. XII. fol. mih.* 98.
ex edit. *Caſtal.* Ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύ-

χεσιν ὅσα μοί ἐστιν. i. e. *Sed me comburas cum armis quæcunque mihi ſunt.* confer. *Chryſanth. Solar. Pentateuch. mortuor. lib.* 4. (3) Odores in rogum conjectos fuiſſe, pluribus teſtimoniis probat *Joh. Kirchman. lib* 3. *de Funeribus Romanor. pag. m.* 345. *ſeq.* Ut igitur quædam addamus teſtimonia e Græcis, audiamus *Arrianum* in funere *Calani* Sophiſtæ Indici loquentem: Οἱ δὲ καὶ πομπήν τινα προπομπεῦσαι πρὸ αὐτοῦ λέγουσιν ἵππους τε καὶ ἄνδρας, τοὺς μὲν ἀπλισμένους, τοὺς δὲ θυμιάματα &c. *Sunt qui aſſerunt, pompam etiam ab Alexandro præmiſſam fuiſſe, equosque & viros, alios quidem armatos, alios varii generis odoramenta in rogum congeſſiſſe; alii pocula aurea & argentea, atque adeo veſtem regiam illatam affirmant.* conf. *Joſeph. l.* 1. *c.* 21. *de Bello Judaico, de funeratione Herodis.* Audiamus etiam *Don Philip. Picinell. lumi rifleſſ. part.* 2. *fol. m.* 297. *n* 509. qui hæc profert: *Gl' Imperatori Pertinace e Severo con ſimile grandezza furono ſepolti. Imperoche loro fu teſſuto un ſuperbo rogo in ſembianza di tabernacolo, ed il cadavero entro un piu picciolo tabernacolo fù ripoſto, ſu'l quale, come dice Erodiano lib.* 4. *aro-*

*mata*

*mata & ſuffimenta omnis generis, fructus, herbas, ſuccosque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt.* conf. *Virgil. lib. Æneid. v* 220. *Stat. lib.* 5. *Sylv. de funere Priſcill. Plutarch.* de cadavere *Syllæ* loquens in hæc prorumpit verba: *Eum vi tanta aromatum fuiſſe a fœminis cumulatum, & ducentis ferculis, ſimulacrum ipſius Syllæ grande fictum fuerit, fictum etiam lictoris ex pretioſo thure & cinnamomo.*

§. 2. Et ut brevibus multa dicamus, in pyram potentiorum ac ditiorum omnia pretioſa & cariſſima congerebantur ac projiciebantur, utpote bene contextæ veſtes, quibus in vita defuncti utebantur, aurum, argentum, ebur, electrum, imo & animalia. *Cointus Smyrn. lib.* 5. *v.* 616. ubi *Ajacis* funus deſcribit: *Et tunc*, ait, è *montibus Idæis multum materiæ detulerunt juvenes, & undique circa cadaver aggeſſerunt.* Primum *igitur multa circa eum ligna poſuerunt, deinde oves & bene contextas veſtes, eximiaque boum genera. Ad hæc citiſſimis pedibus exultantes equos, aurumque lucidum & arma innumera virorum, quæ trucidatis quondam vir illuſtris*

*detraxerat. Et poſt hæc electrum trans-lucidum, quod ajunt eſſe natarum Solis omnium linguarum homines luſtrantis lacrymam, quam ſuper extincto* Phaëtonte *fuderunt lugentes apud magni* Eridani *amnem. Et hanc Sol in honorem filii immortalem transmutans electrum fecit rem inter homines pretioſam. Quale tunc ſpatioſo rogo ſuperinjecerunt Argivi, ut præclarum virum (ita) honorarent Ajacem. Appoſuerunt etiam ipſi magnis cum ſuſpiriis pretioſum ebur & argentum, ex obſcuris terræ viſceribus effoſum. Nec non amphoras adipe refertas, cæteraque omnia, quæ magnifica ſunt, & ſplendidas opes augent. Tandem vim rapidi ignis ſubdiderunt.* Similiter *lib.* 3. *in deſcript.* funeris *Achillis v.* 672. *pag.* 271. dicit: *Pelidæ cadaver igni tradiderunt, magna congeſta ſtrue lignorum: quibus ad ipſum advehendis ex monte Idæo, omnes ſimul laborabant; cum inſtigantes illos Atridæ emiſiſſent copioſam allatum materiam, ut ſtatim cæſi Achillis cadaver cremaretur. Arma igitur plurima rogo accumulant interfectorum juvenum: nec paucos ſuperinjiciunt una Troum forma inſignes natos, quos*

*ob-*

*obtruncaverant. Adjiciunt etiam oves & porcos onuſtos pinguedine. Veſtes præterea innumeras ex capſis adferunt plorantes ancillæ, omniaque pyræ deſuper immittunt. Aurum denique & ſuccinum coacervant. Hinc multas amphoras adipe plenas affundunt. Alias inſuper rogo apponunt melle refertas & vino ſuaviſſimo, cujus dulce merum nectaris odorem referebat. Aliaque multa addunt fragrantia, uſque ad demirationem hominum, quæ tellus producit & quæ mare divinum eximia.* Nec raro hoc in teſtamentis cavebant, ut veſtes ſimul pretioſiores, quibus dum vivebant, utebantur, in rogum conjicerentur. Qua de re inſignis exſtat locus apud *Lucian. in Nigrino pag. 63.* Γελᾷν προήχθην, ὅτι καὶ συγκατορύττειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας καὶ τὴν ἀναλγησίαν ἔγγραφον ὁμολογοῦσιν, οἱ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαταφλέγεσθαι τὰς παρὰ τὸν βίον τιμίων. Οἱ δὲ καὶ παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις, ἔνιοι καὶ στέφειν τὰς στήλας ἄνθεσι, εὐήθεις ἔτι καὶ παρὰ τὴν τελευτὴν διαμένοντες *Riſu proſequi coactus ſum, quod & ſecum ſepeliri ignorantiam ſuam velle eos ajebat, & ſtultitiam aperte ſcripto etiam teſtari, dum alii veſtes, quibus in*

*vita pretioſioribus uſi ſunt, comburere eodem rogo ſecum mandant. Alii autem & ſervos certos ad ſepulcra ſtare, rurſus alii cippos ſive columnas coronari ſertis præcipiunt, ſtolidi videlicet etiam in ipſa morte manentes.* Quas tamen funebres expiationes ſubmovit *Lycurgus*, nec conceſſit, ut quicquam una cum cadavere ſepeliretur, aut combureretur; quemadmodum teſtatur *Plutarchus in vita Lycurgi pag.* 56. his verbis: *Deinde prohibuit, quicquam cum corpore condi, ſed puniceo amiculo & foliis oleaginis cadaver involvebat.* Coërcuit etiam quodam modo *Solon.* Sic enim de eodem *Plutarchus in vita ejus* ſcribit: *Parentare bove interdixit, vel amplius tres veſtes cum mortuo condere.*

§. 3. Ita etiam apud *Longum in Paſtoral. lib.* 1. *Dorconi* paſtori de mortuo amici circa ejus tumulum σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν, *tibias multas fregerunt*, cum in vita egregius fuiſſet tibicen. De hoc ritu conſulatur *Lucian. in Nigrin. pag.* 63. *Tibull. lib.* 11. *Eleg.* 2. *Stat. lib.* 3. *Sylvar lib.* 6. *Thebaid.* Sic *veteres* prioribus temporibus inferias vini in proximorum atque amicorum flagrantem rogum infuderunt, ut hoc liquore & MANIBUS

ſatisfieret. Probant *Feſtus* in *reſperſum vinum*, *Lucian. de* Luctu *pag.* 793. *Eurip. in Electra* dicit οἰνωπόν τ' ἄχνην, *vini ſpumam.* Senecam Oedip. *fudit Bacchum manu.* Unde illuſtratur *Statius*, qui his verbis forte de hoc ritu & vino loquitur. *Thebaid. lib.* 6. *pag. m.* 521.

*Inſtant flammis multoque ſoporant*
*Imbre rogum.*

Et rurſus *lib.* 7.

*Vina ſolo fundens cinerem placabat*
*Adraſtus.*

§. 4. In præcedente capite mentionem fecimus etiam hominum, qui ſimul cum cadavere in pyra combuſti fuerunt, quorum ſanguis infuſus; quippe *inferiarum* vices etiam captiva Trojana *Polyxena Priami* filia explevit, cum ad buſtum *Achillis* a *Pyrrho* fuit immolata, ut & MANES ejus virgineo cruore placarentur, & *Græcis* optatus in patriam reditus ejus morte ſterneretur, ſicut teſtantur *Dares Phrygius de excidio Trojano*, *pag. mih.* 157. *Cointhus Smyrnæus lib.* 14. Et ita loquitur *Tryphiodorus de Trojæ* excidio : Οἱ δὲ Πολυξείνης ἐπιτύμβιον αἷμα χέοντο Μῆνιν ἱλασσόμενοι τεθνειότος Αἰακίδαο. *Ipſi vero Græ-*

*ci* Polyxenes *ſanguinem fundentes ad ſe-pulcrum Achillis iram placantes erant mortui Æacidæ.* Euripides conſentit & idem affirmat in *Troad.*

Τέθνηκέ σοι παῖς πρὸς τάφῳ Πολυξένη,
Σφαγεῖσ' Ἀχιλλέως, δῶρον ἀψύχῳ νε-
κρῷ.

*Mortua eſt tibi filia* Polyxena *ad tu-
mulum*
*Achillis mactata, munus exanimis ca-
daveris.*

*Ovidius lib.* 13.

P*lacet Achilleos mactata* Polyxen*a
manes,*
*Dixit.*

*Euripides in Hecuba:*

Ἐσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
Σᾶς ἀπολαιμότομόν τ' Ἀΐδᾳ
Γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον.

i. e.

*Videbis manu abreptam* (Polyxenam
*Tua, decollatamque Plutoni*
*Terræ miſſam ſub tenebras.*

Quod ad *Achillis* ſepulcrum fuerit a Græcis deducta, docet *Smyrnæus lib. XIV* Sacrificus autem, ſive hujus ſacrifici Præfectus *Pyrrhus Achillis filius* deſti-

na-

natus eſt. Idem *Euripides in Hecuba* docet:

> Θύματος δ' ἐπιστάτης
> Ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε, παῖς Ἀχιλλέως

i. e. *Sacrificii vero Præfectus* ( Polyxenæ )
*Sacerdosque ſtatutus eſt hujus filius Achillis.*

Coſmæ Mechanicus in Pyrrhum volentem jugulare Polyxenam, idem docet:

> Πύῤῥος ἐγώ, σπεύδω δὲ πατρὸς χάριν, ἣ δὲ κυνῶπις
> Παλλάδα κικλήσει γνωτὸν ἔχουσα Πάριν.

i. e. *Pyrrhus ego: feſtino autem* Patris *nomine: illa vero impudens*
*Palladem inclamat, fratrem habens Paridem.*

Quod autem *Polyxena* viriliter intrepideque & honeſte obierit, docet *Ovid. Metamorphoſ. lib.* 13.

> *Populus lacrymas, quas illa tenebat,*
> *Non tenet. Ipſe etiam flens invitusque ſacerdos*
> *Præbita conjecto rupit præcordia ferro.*

Et iterum:

> *Illa ſuper terram defecto poplite labens*

*Pertulit intrepidos ad facta noviſſima*
*vultus.*
*Tunc quoque cura fuit partes velare*
*tegendas,*
*Cum caderet, caſtique decus ſervare pu-*
*doris.*

Agathiæ in Perdicem a fele devoratam carmen hinc intelligitur:

Οὐ σὲ, φίλη πέρδιξ, φθιμένην ἀγέρα-
στον ἐάσω,
Ἀλλ' ἐπὶ σοὶ κτενέω τὸν σέθεν ἀντιβίην.
Ψυχὴ γὰρ σέο μᾶλλον ὀρίνεται, εἰσόκε
ῥέξω,
Ὅσσ' ἐπ' Ἀχιλλῆος Πύῤῥος ἔρεξε
τάφῳ.

*Non te, amica Perdix, mortuam ſine*
*munere relinquam,*
*Sed ob te occidam tuum hoſtem.*
*Anima vero tua magis turbatur, do-*
*nec fecero,*
*Quæcunque in Achillis Pyrrhus fe-*
*cit tumulo.*

§. 5. Cauſam hujus cruenti ſacrificii *Calchanti* Sacerdoti adſcribit *Libanius* Sophiſta in Achill. Sed *Dictys* Cretenſis *lib.* 5. *de Bello Trojano Ulyſſi* illud affingit: *Dein Polyxena, ſuadente Ulyſſe, per Neopto-*
*le-*

*lemum Achilli inferias miſſa.* *Hyginus fabul.* 110. ſcribit, ex *Achillis* ſepulcro vocem fuiſſe emiſſam, quæ prædæ partem ſibi poſtularet. Ad quod *Danai* P*olyxenam* formoſiſſimam virginem ab *Achille* adamatam immolaverunt, ut ita morte ſuâ *Achilli* deſponſata ei in campis Elyſiis ut uxor adhæreret & eum comitaretur. Unde intelligitur, quare *Euripides in Hecuba* Polyxenam vocaverit τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα, *tumulo Achillis charam victimam.* Seneca *Trag. Troad. pag.* 339. *Act.* II. idem annuit:

*Non parvo luet*
*Iras Achillis Græcia; at magno luet*
*Deſponſa noſtris cineribus* P*olyxena.*
P*yrrhi manu mactetur, & tumulum riget.*

Conferantur *Senec. pag.* 342. *&* 345. *in Troad. Act.* 4 *pag.* 367. *Coint. Smyrn. lib.* 13. *Auſon. Epitaph. Hero. XXVI.* Adde *Liban.* P*rogymmaſ. Quintil. Inſtit. Orat. lib.* 6. *c.* 2. *Strabon. lib.* 10. aliosque, qui crudelis hujus Polyxenæ immolationis & mactationis meminerunt. *Æneas* etiam P*allantis* amici bello perempti rogum captivis juvenibus cumulavit, & illi huma-

humani ſanguinis inferiis & libatione ultimum VALE acclamavit, *Virgil. lib. 10. Æneid.*

*- - - Sulmone creatos*
*Quatuor hic juvenes, tandem quos educat Ufens*
*Viventes rapit, inferias quos immolet umbris,*
*Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas.*

Uſitatum Græcis fundere humanum ſanguinem ad ſepulcra mortuórum, placandis illorum manibus. Illuſtris eſt *Tertulliani* locus hac de re: *Olim, quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio ſervos mercati, in exequiis immolabant.* Inde ergo *Homerus* juvenes duodecim mactat; *Virgil. octo*, uterque in funere, Græcus P*atrocli*, Latinus P*allantis.* In *Heliod. lib.* 9. & 10. *Hiſt. Æthiop.* magna eſt moris hujus mentio de juvenibus, qui ſervati in bello ad mactationem. De *Gallis Diodor. lib.* 5. *Utuntur captivis, tanquam hoſtiis ad Deorum victimas. Sueton. Auguſt. cap.* 15. *Scribunt quidam trecentos ex dedititiis electos utri-*

*utriusque ordinis ad aram DIVO JULIO extructam Idib. Mart. hoſtiarum more mactatos.* Et apud *Calab. lib.* 3. *in fun. Achill.* cujus verba præcedenti capite adducta ſunt. Conf. *Joh. Ludov. de la Cerd. Comment. in* 10. *Æneid. fol. m.* 488. *edit. Lugdun.* 1617.

§. 6. Jam videmus, quod captivi ſimul cum illuſtribus viris, qui in bello occubuiſſent, eodem rogo concremati & ſepulti fuerint. Nunc auctores conſulemus, qui nulla quidem combuſtionis mentione facta, tamen amicorum defunctorum umbris humanum captivorum aliorumque ſanguinem profuſum, oblatum & litatum eſſe affirmant. Eo modo intelligatur & illuſtretur *Pindarus Olymp. Ode.* 1. *pag.* 27. de Pelopis exequiis loquens:

> Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις ἀγλααῖσι μέμικται,
> Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς.

*Nunc autem in exequiis magnificis mixtus eſt, juxta Alphæi meatum reclinatus.* & mox,

> Τύμβον ἀμφίπολιν ἔχων πολυξενωτάτῳ
> Παρὰ βωμῷ.

*Tu-*

*Tumulum, qui undique ambitur, haben[s]*
*frequentiſſimam*
*Hoſpitibus ad aram.*

*Johannes Benedictus* ad hæc verba ita commentatur: Αἱμακχυρίαι vel *αἱμακουρίαι*, *auctore Scholiaſte, Heſychio, Etymolog. & Corintho, vox eſt Bœotica, quæ ſignificat τὰ ἐναγίσματα vel ἐπικτήρεια, parentationes mortuorum, a nomine* αἷμα, ſanguis, & κορέω, ſaturo, *quod animæ defunctorum quaſi ſanguine ſaturentur. Moris enim erat in veterum ſuperſtitionibus, pro mortuorum animabus pecudes mactare, ipſarumque ſanguine Deos inferos placare.* Cujus opinioni reluctari nolumus, cum notum ſit antiquorum inferias quæ mortuorum umbris inferebantur, etiam ex victimarum beſtiarum ſanguine conſtitiſſe, quo demortui tumulus & rogus perfundebatur, ſicuti etiam *lactis*, *mellis* & *unguentorum liquoribus* juxta fidem *Apuleji lib.* 8. *Stat. Thebaid. lib.* 6. *Auſon. Epitaph. carm.* 36. *Lucian. de Luctu.* Sed commode etiam hic *Pindari* locus ad humani ſanguinis libationem & inferias trahi poteſt. Nam ſicut *Aretius* ſcribit in *Hamacuria* feſto apud Peloponeſios juvenes Græci ſe quot-

annis

nnis ad *Pelopis* ſepulcrum uſque adeo flaris cædere conſueverant, ut cruore ſuo *Pelopis* tumulum irrorarent. Unde hoc feſtum ab αἷμα, *ſanguis*, & κȣ̃ρος, *juvenis*, HÆMACURIA vocabatur. De victimarum ſanguine mortuis libato ita etiam *Virgil. lib.* 3. *Æneid.*

*Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte*
*Sanguinis & ſacri pateras.*

Mercenarii ita milites, qui contra *Carthaginenſes* rebellaverant, ducis ſui *Spendii* cadaver captivorum nobiliſſimorum ex Carthaginenſibus ſanguine conſperſerunt & expiarunt & his humanis victimis mortui & MANIBUS ejus parentarunt, *Polyb. lib.* 1. *Hiſt.* teſte, cujus verba Latinis recenſemus, quia prolixiora: *Poſt hæc Spendium* (Mercenariorum ducem) *& reliquos captivos muris admotos in hoſtium conſpectu crucibus affigunt* (Carthaginenſes.) *Matho vero alter dux animadverſa Hannibalis negligentia & nimia confidentia, munitiones illius adortus, multos* Pœ*norum occidit, caſtris excedere omnes compellit. Capta eſt omnis caſtrenſis* (ſuppellex) *captus etiam dux ipſe Hannibal., quem ilico*

*ilico ad Spendii crucem adductum poſt ac-*
*bos cruciatus, depoſito Spendii cadave-*
*vivum eum eidem infelici ligno affixeru-*
*mactatis circa Spendii corpus triginta*
*nobiliſſimis Carthaginenſium.* Ad hu-
ritum etiam trahi *Lycophronis* verba poſſu-
in *Caſſandra*:

- - ἔν τε δαιτὶ καὶ θαλυσίαις
Λοιβαῖσι μειλίσσωσιν ἀστεργῆ Κράγον..
*Dape atque inferio libamine*
*Mitigare conabuntur immitem Cragu-*

---

## CAPUT XV.

## DE

# TUMULIS ET IN-
# SCRIPTIONIBUS.

§. I.

TUmulum quod concernit, variis mo-
dis accipiebatur. *Tumulus* enim pro-
prie aggeſtæ terræ collectio, & tum-
ejus eſt. Terrarum tumores autem in a-
grimenſoriæ auctoribus pro terminis acci-
piun-

untur, quos & *Butuntinos* appellabant, uia apud *Butuntos* hujuſmodi terræ tuuli ſive tumores pro terminis haberenır. vid. *Clar. Salmaſ Exercit. Plin. fol.* .62. Ita etiam *tumuli* aggeres ſunt in *Tilo*, quæ Græcis χώματα dicuntur, quæ l emittendas aquas aut avertendas fieınt. *Plinius* vocavit *cumulos*. Nam cuulus etiam σωρὸς γῆς. Tumulus quoue erat *ſcrobs*, in quam cadaver poneınt & aggeſta deſuper humo tumulabant. Jnde bene Thomas de S. Quercu, *Tuıulus a little hill, hillok, an heap of ırth, alſo a tomb, a grave, a ſepulchre.* ,at. *Parvus tumulus, cumulus terræ, nec on ſepulchrum.* Conf. *Martin. Lexic. Etymolog. in voce Tumul.* Audiamus *Angl. Franciſc. Rous in Archæolog. Attic. cap.* o. *pag. m.* 264. ita loquentem: *The peuliar place of buriall was uſual choſen efore they died, and markt with a black tone. And when they came to be buried, heap of earth thrown upon a body,* ϖεὶς ..θὸν χῶμ' Ἀχιλλέως τάφου *ſaies Ulyſſes.* Lat. *Locus ſepulturæ ante obitum eligebatur & atro lapide notabatur. Et cum tempus ſepulturæ adveniſſet, aggeſta humo cada-*

*ver tumulabatur.* Ex his conſtat, qui materia fuerit aut terra aut *ceſpes* teſte *V*gil. *lib.* 3. *Æneid. verſ.* 304. - - *virr quem ceſpite* - cui calculum addit *Tac lib.* 1. *Annal.* cujus verba hæc ſunt: P*mum exſtruendo tumulo ceſpitem & Ca poſuit, gratiſſimo munere in defunctos.* *Prudent.* in *Periſteph. hymn* 4.

*Hoc colunt cives, velut ipſa memb*
*Ceſpes includat ſuus, & paterno*
*Servet amplectens tumulo beati*
*Martyris oſſa.*

Ubi notandum, illum loqui de hono rio tumulo. Poſtea vero ſepulcra hon ratiorum videntur e lapidibus exſtruc juxta formam noſtrorum ſepulchroru Nam *Theſeus Herculi* referebat, quod *A thenienſes* cadavera honorare debeant - Λαΐνοισί τ' ἐξογκώμασι. Verum ſive te ra ſive lapides fuerint, elucefcit, qu deſideraverint tumulos politos & ornato quantum fieri potuerit, habere, teſte *E ripid. in* Alceſt. τύμβον κατόψει ξεστόν, *v debis tumulum politum.* Et iterum in *H lena* - - ὄπι ξεστῷ τάφῳ.

§. 2. Super illud χῶμα ſeu tumulu ſtatuebatur *cippus* lapideus, qui nomen

eld

logium defuncti continebat: τὸ ἐλεγεῖον, quod eſt *inſcriptio monumentalis.* Unde *logium*; ut γραφεῖον, *graphium*: τοπεῖον, *opium*: ῥαφεῖον, *raphium*: & ſimilia. Græci ςήλην vocant *cippum*, qui imponebatur tumulo. Tumulus cum cippo ad memoriam defuncti impoſito dicebatur μνῆμα. *Atticis* σῆμα, quod his verſibus expreſſit ſummus Poëta:

*- - oſſaque nomen*
*Heſperia in magna, ſi qua eſt ea gloria, ſignat.*

Signanter locutus eſt, ac σῆμα deſignavit. *Ovid.* tumulum *nomen habentem* dixit τὸ μνῆμα vel τὸ σῆμα. - *tumulo quoque nomen habenti. Homer:*

Τύμβῳ τε ςήλῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ θανόντων.

Ad quem verſum alluſit *Virgil.* certe in animo habuit, ut & *Ovidius. Tumulus nomen habens* τύμβος καὶ ςήλη vocatur. Alias tumulus ſine nomine τύμβος eſt merus, qui ςήλη caret. Monumentum proprie habet hominis nomen. *Sympoſius:*

*Nomen habens hominis poſt ultima fata relinquor.*

Non

Non eſt autem μνῆμα, niſi tumulus in cip-
po, vel columna nominis inſcriptionem
habens. *Gloſſæ*: ϛήλη, *cippus*, *titulus*. Nam
*titulus* proprie lapis inſcriptus, vel ipſa la-
pidis inſcriptio. Unde & lapis ita dictus.
Elogium pro titulo ſepulcri in *Culice Vir-
giliano* accipitur - - *tum fronte locatum
Elogium*. τὸ ἐλεγεῖον. *Heſychius*: ἐλε-
γεῖον, ἐπιτάφιον, ποίημα. Non tantum
verſibus ſcripta, ſed quælibet ἐπιγραφὴ
ſepulchralis ſic vocabatur, ut ex Auctori-
bus Græcis conſtat. Inde & pro elogio
condemnati uſurpatum, quem & *titulum*
dixere, ut in condemnatione Domini
noſtri: ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος.
Græci ϛήλην de ſepulchri titulo proprie po-
ſuerunt. *Plutarchus* & *Ælianus* ϛήλην
vocant & intelligunt cippum vel titulum
ſepulchri, ut apud Juvenal.

- - *titulo res digna ſepulchri.*

Sic ϛήλη etiam columella ſeu columna tu-
mulo mortui impoſita ſignificat, quæ pro-
prie μνῆμα dicta fuit vel μνημεῖον, quod
ad memoriam defuncti poneretur. Erat
itaque μνῆμα ſeu μνημεῖον cippus vel co-
lumna mortui tumulo impoſita, in qua
*elogium* ejus inſcriptum viſebatur, quo
nc

nomen, patriam, parentes, profeſſionem, artem, ætatem, & mortis genus continebat. Quibus aſſenſum præbet *Franciſc. Rous Archæol. Attic. lib. 5. c. 31. pag. m. 265. edit. Oxonienſ.* his verbis. *On the ſtone which i mentioned, was written the name and condition of the party deceaſed, &c. Such Epitaphs they called γνωρίσματα, becauſe they made known the party.* Lat. *Lapidi de quo mentionem feci, inſcribebatur nomen & conditio defuncti: hujus modi Epitaphia vocabantur γνωρίσματα, quia perſonam defuncti notam faciebant.*

§. 3. Ut autem hæc clarius pateant, ex probatiſſimis ſcriptoribus Epitaphia ejusmodi Græca huc adducemus, ubi hæc, quæ dicta ſunt, legi poterunt. En Inſcriptionem, ubi tantum nominis & parentis mentio facta, quam nobis exhibet *Jacob. Sponius in Miſcell. erudit. antiquit. fol. mih. 318. edit. Lugd.* 1685. Stat Juvenis palmam tenens:

ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ
ΧΑΙΡΕ

id eſt. *Nicephorus, Nicephori, Vale. Pauſanias lib. 2. Sicyoniorum* monumenta ſic

K deſ-

deſcribit huic prorſus ſimilia, cujus Græc: verba ex citato *Sponio* Latinis citabimu: verbis : *Ad hunc autem fere modum ſuo: rum ſepeliunt cadavera : corpus terra con: dunt , & lapidea baſi extructa columna: erigunt ; inſcribentes vero nihil aliud præte: nomen , patris prætermiſſo nomine , mor: tuum valere jubent.* Hic tamen patris no: men. Hæc monumenta non ſolum Sicyo: niis , ſed & Athenienſibus uſurpata , u: paſſim in marmoribus antiquis videre li: cebit :

Η ΠΟΤΕ ΚΥΔΙΟΩΣΑ ΞΑΝΘΑΙΣ ΕΠ:
ΚΡΑΤΟΣ ΕΘΕΙΡΑΙΣ
ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣ ΟΜΜΑΣ:
ΛΑΜΠΟΜΕΝΗ
ΧΙΟΝΕΙΟΙΣΙ ΕΥΠΡΕΠΟΥΣΑ ΠΡΟΣΩ:
ΠΟΙΣ Η ΔΕ ΠΑΡΕΙΑΙΣ
ΚΑΙ ΓΛΥΚΕΡΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΟΠ:
ΛΙΡΙΟΕΣΣΑΝ ΙΕΙΣΑ
ΧΕΙΛΕΣΙ ΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣΙ ΕΛΕΦΑΝΤ:
ΝΕΩΝ ΔΙ ΟΔΟΝΤΩΝ
ΠΑΝΤΟΙΗΝ ΔΕ ΑΡΕΤΗΝ ΠΕΡΙ ΚΑΛ:
ΛΕΙ ΣΩΜΑ ΤΙΘΕΙΣΑ
ΗΝ ΤΕΚΕΝ ΕΥΤΥΧΙΔΗ ΣΘΕΝΑΡΩ Κ:
ΛΙΚΙΣ ΧΑΡΙΤΩΠΙΣ
ΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΑΕΤΗΣ ΤΡΥΦΕΡΑ Τ:
ΔΕ:

ΔΕΝ ΧΘΟΝΙ ΚΕΙΤΑΙ
ΕΡΜΕΡΟΣ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΜΗΤΕΡΟΣ
ΜΝΗΜ ΑΛΟΧΩ ΦΙΛΙΗ ΘΗΚΑΤΟ ΚΟΥΡΙΔΙΗ.

Id eſt.

*Quæ quondam gloriabatur flavo admodum capillitio,*
*Et oculis quorum palpebris inſidebant Gratiæ, collucens,*
*Nivea decorata facie & genis,*
*Et ex dulci ore vocem ſuavem mittens*
*Labiis purpureis per eburneos dentes.*
*Quæque omnimodam virtutem præter pulchritudinem corpori ſuperaddiderat,*
*Quam peperit* Eutychidæ Sthenaro Ciliciſſa Charitopis
*Viginti quinque annorum* Tryphera in *hac terra jacet:*
Hermerus *autem* ex Ariſtomacho *patre & matre genitus*
*Monumentum conſorti cariſſimæ poſuit puellæ:*

a etiam hæc inſcriptio:

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΠΑΙΣ
ΣΤΩΙΚΟΣ

ΘΕΟΞΕΝΟΣ
ΕΝΤΑΥΘΑ
ΠΑΤΡΕΥΣ
ΑΛΛΑΤΑΝ
ΚΕΙΤΑΙ ΝΕΟΣ

Id eſt,

*Achillis Filius Stoicus Theoxenus Patrenſis hic, veruntamen juvenis jacet.*

Sæpius etiam præter patriam & parente profeſſio, ars, ætas & genus mortis, ut antea dictu m, addebatur, ut *Clar. Selden in Marmor. Oxonienſ. fol. m.* 199. ejuſmodi inſcripti° nes multas profert:

Ἀγαθῇ Τύχῃ
ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος
ἐτείμησεν
Οὐλπίαν Μάρκελλαν
τὴν Ἱέρειαν τῆς Ἀρτε-
μίδος Μάρκου Οὐλπίου
Δαμαπαραδόξου
Καὶ Κανιδίας Βάσσης
θυγατέρα ἐπιτελή-
σασαν τὰ τοῦ Θεοῦ
μυστήρια, καὶ τὰς
θυσίας λαμπρῶς, καὶ
πολυδαπάνως.
Ἀναστησάντων τὴν π-

μ.

μὴν Ἀνδρονείκου τοῦ Ἀν-
δρονείκου καὶ Στρατονεί-
κης τῆς Μηνογένους
τῶν θρεψάντων
ἐκ τῶν ἰδίων.

Id eſt,

*Cum bona Fortuna*
*Senatus & Populus*
*honoravit*
*Ulpiam Marcellam*
*Sacerdotem Dia-*
*næ Marci Ulpii*
*Damaparadoxi*
*Et Canidiæ Baſſæ*
*filiam, poſtquam*
*peregiſſet Deæ*
*myſteria & ſacriſi-*
*cia ſplendide &*
*ſumptuoſe.*
*Erigentibus columnam*
*honorariam Andronico An-*
*dronici fil. & Stratonice*
*Menogenis,*
*qui aluerunt*
*ex propriis.*

Ἡ κρατίστη Θυατει-
ρηνῶν βουλὴ Κλω-

διον Αὐρ. Πρόκλον
ἥρωα, ἄνδρα εὐγενῆ,
ἐπὶ σεμνότητι βίου,
καὶ ἀρχαῖς, καὶ λειτουρ-
γίαις πάσαις διά τε αὐ-
τοῦ, καὶ τοῦ γένους.

Id eſt,

*Præſtantiſſimus Thyati-
renorum Senatus Clo-
dio Aurelio Proclo
Heroi, viro nobili,
ob ſanctitatem vitæ,
& magiſtratus, & munera
publica omnia geſta ab eo
& a familia illius*

Φλαούιος Ζεύξις Ἐργάστης,
πλεύσας ὑπὲρ Μάλεον εἰς
Ἰταλίαν πλοὰς ἑβδομήκοντα
δύο, κατεσκεύασεν τὸ μνημεῖον
ἑαυτῷ, καὶ τοῖς τέκνοις Φλα-
ουΐῳ Θεοδώρῳ, καὶ Φλαουΐῳ
Θεύδᾳ, καὶ ᾧ ἂν ἐκεῖνοι
συγχωρήσωσιν. id eſt.

*Flavius Zeuxis Ergaſtes,
qui navigavit ſuper Maleum in
Italiam navigationes ſeptuaginta*

*duas*

*duas, præparavit hoc monumentum ſibi, & filiis Flavio Theodoro, & Flavio Theudæ, & cuicunque illi concedent.*

Hæc & alia Epitaphia videre licet in *Marmor. Oxonienſ.* Adjungemus etiam quædam ex *Jacob. Sponio* quæ recenſet in *Miſcell. antiquit. fol. m.* 356.

ΛΕΥΚΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΒΟΝΝΑΤΟΝ
ΑΝΔΡΑ ΕΚ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΜΕΓΑΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΑΡΧΙΕΡΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΕΝ ΛΥΔΙΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΑ ΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΟΛΙΕΟΣ ΔΙΟΣ ΔΙΣ ΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΤΩΝ ΤΡΙΣΑΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ ΚΑΙ ΙΕΡΕΑ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΔΙΣ
ΚΑΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝ ΔΙΑΡΙΩΝ ΕΝΔΕΙΑΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ
ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΜΕΓΑΛΟΨΥΧΙΑ ΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΕΣ ΕΠΙΚΟΥΦΙΣΜΟΝ ΕΚΑΣΤΩ ΠΟΛΙΤΗ
ΕΧΑΡΙΣΑΤΟ ΜΟΔΙΟΝ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ

ΑΡΧΑΣ ΦΙΛΟΤΙΜΩΣ
ΤΕΤΕΛΕΚΟΤΑ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ.

Id eſt,

*Lucium Julium Bonnatum Virum ex proavis magnum patriæque amantem, Pontificem Aſiæ Templorum quæ ſunt Sardibus in Lydia, & Sacerdotem maximi Jovis urbis protectoris, biſque Pontificem Triſapoleon, Stephanephorum ac Sacerdotem Tiberii Cæſaris, nec non primum militiæ Ducem, Feſtorumque Diariorum Præſidem, qui cum annonæ caritas ſuperveniſſet, ergæ populum liberalem munificumque ſe præſtitit, ex ſua pecunia ad ſublevationem unicuique civi frumenti modium largitus eſt, omniaque munia honorifice pro patria obivit.*

Sic Athletæ aut qui artem quandam mechanicam profitebantur, in Epitaphiis laudabantur, uti ſæpius citatus *Sponius* refert *fol.* 364. & 367. cujus Latina verba ita ſonant e Græco tralata:

MARCUS TULLIUS --
APAMENSIS BITHYNIÆ, ATHENIENSIS,
CORINTHIUS, SMYRNÆUS
SOLUS ET PRIMUS A PRINCPIO
MUNDI

ATHLE-

ATHLETÆ;
QUI VICIT SEQUENTIA CONTI-
NUO CERTAMINA,
PANHELLENIA, OLYMPIA, ISTH-
MIA HADRIANALIA ROMÆ,
SMYRNÆ COMMUNE ASIÆ &c.
VICIT AUTEM PROPOSITA ET
DIFFICILIA
CERTAMINA TRIGINTA QUINQ;
DEFUNCTUS ANNORUM XXXII.
MENS. III.
MARCUS TULLIUS EUTYCHES
FECIT EJUS FRATER.
LOCUM DEDIT CLITORIS.

De fabro lignario inſcriptio legitur in columna Conſtantinopoli ex Archipelago allata:

Π. ΒΕΙΤΗΝΟϹ
ΕΡΜΗϹ ΚΛΕΙΝΟ-
ΠΗΓΟϹ ΝΕΩΤΕΡΟϹ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΡΟΔΕΥΤΑ ΧΑΙΡΕ

id eſt, *Publius Bitinus Hermes Faber Lignarius Junior Hic Jaceo. Vale Viator.* Viſuntur in ipſo marmore ſculpta artis lignariæ inſtrumenta, dolabra, circinus & norma, ut hujuſce viri indicetur profeſſio. Plura

qui de ejuſmodi Inſcriptionibus legere cu pit, adeat ſæpe citati *Jacobi Sponii Miſcell. erudit. antiq. fol. m.* 331. *ſeqq.*

§. 4. Epitaphia hæc quoque coronii fuiſſe ornata teſtatur *Lucian. in Ngrim pag.* 63. ἔνιοι ᾗ, ait, καὶ σέφειν τὰς σήλας ἄνθεσιν. *Quidam cippos ſive columnas quoque coronari ſertis præcipiunt.* Imagines præterea fuiſſe depictas, itidem ut titulos quoque deſcriptos in iiſdem Epitaphiis, oſtendit in *Necyomantia pag.* 119. his verbis: Οἱ δὲ τὰς πολυτελεῖς τούτους ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ σήλας καὶ εἰκόνας καὶ ἐπιγράμματα, οὐδέν ἡμιώτεροι παρ' αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν. id eſt. *Iſti, qui magnificos altoſque tumulos habent ſuper terram, & columnas & imagines & titulos, nihilo ſunt apud inferos plebejis quibuſlibet umbris honoratiores.* Varias autem imagines poſuerunt; præprimis ubi nulla inſcriptio erat, ibi ſymbolis aliquot inſculptis elogium mortuo faciebant, ut in epigrammate *Antipatri in Lyſidicam:*

Μαστεύω τίς σου τίς ἐπὶ στάλῃ δε πέτρος
Αυσιδίκα, γλυπτὸν τὺν δ' ἐχάραξε νόον.

Inſculpta autem hæc fuere in eo cippo ſymbola, frena, capiſtrum, gallus gallinaceus,

us, tanagræus. Mentem eorum ſic ipſe
ꝑerit, ut hæc legenda ſunt:

Τὰν μὲν ἀνεγρομέναν με πότ' ἔργα νύκτερος
ὄρνις,
Ἄνια δ' αὐδάσει δώματ☉ ἡνίοχον,
Ἱππαςὴρ δ' ὅδε κημὸς ἀείσεται ὀ πολύμυθον,
οὐ λάλον, ἀλλὰ καλᾶς ἔμπλεον ἡσυχίης.

Gallinaceus vigilantem indicabat: fræna
domus moderatricem: capiſtrum tacitur-
nam. In alio ejuſdem de quadam fæmina
*Myro* nomine:

Μὴ θάμβει μάςιγα, Μυροῦς ἐπὶ σήματι
λεύσσων
Γλαῦκα, βιὸν, χαροπὰν χᾶνα, θοὰν
σκύλακα.

Arcus magiſtram domus intentam eam mu-
lierem fuiſſe oſtendebat: canis liberorum
amantem: lorum ſervorum caſtigatricem:
anſer domus cuſtodem: noctua Palladis
miniſtram in opere textorio. Alius, cui
nomen erat Alexander origine Chius, cum
ephebus mortem obierat, hoc ipſum in
cippo tumuli expreſſum fuit novem talis,
quorum quatuor ſitu ſuo jactum, qui vo-
cabatur *Alexandri*, referebant: alii qua-
tuor jactum illum exhibebant, qui ἔφηβ☉
dice-

dicebatur: unus unionem indicabat, qu
Græce appellatur χῖ☉,

'Ως ἐν φθίμενον νέον ἄκρατα καὶ τὸ κυβεων θέν

Πνεῦμα διὰ φθεγκτῶν εἰπέ τις ἀσεργαάλων.

Inſtrumenta artis ſepulcro inſculpta ſæp artificem declarabant, ut antea dictum in in ſcriptione fabri. In columella *Archimedi* ſphæra & cylindrus conſpiciebatur. Quo indicio cognovit *Cicero* ibi ſepultum *Archimedem*. Apud *Jetas* tumulum *Homeri* demonſtravit olim candida capra, quod *Manibus* ejus capra parentarent *Jetæ.Varro.* *Agell. lib.* 3. *cap. XI. Homeri* imagini hoc epigramma diſtichon appoſuiſſe narratur:

*Capella Homeri candida hæc tumulum indicat*

*Quod hac Jetæ mortuo faciant ſacra.*

Sic conſtat *Diogeni* canem ſculptum eſſe, quemadmodum *Diogen. Laërt.* teſtatur *lib.* 6. *pag.* 415. *de Diogen. Cynic.* ſcribens: ἐπέστησάν τε αὐτῷ κίονα, καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα: *Erigentes autem ſuper illius tumulum columnam, canem deſuper ex lapide Pario ſculpſerunt. Jul. Polli hæc in* 8. *Onomaſt.*

*Onomaſt. cap.* 7. refert : Τῶν δὲ ἀγάμων λουτροφόρος τῷ μνήματι ἐφίστατο κόρη ἀγγεῖον ἔχουσα ὑδρίαν, ἢ πρόχουν, ἢ κρωσσὸν, ἢ κάλπιν. Τὴν δὲ ἐφισταμένην εἰκόνα, εἴτε λουτροφόρος εἴη, εἴτε ἄλλη τις, ἐπισήμην Ισαῖος κέκληκεν. id eſt. *Innuptarum monumento adſtabat puella aquigera, vas habens aquarium, ſcil. guttrnium, urnam aut pelvim: inſiſtentem autem tumulo imaginem, ſive aquigera eſſet, ſive alia quæpiam, ſtatuam Iſæus vocavit.*

§. 5. Cujuſmodi autem fuerint Inſcriptiones Epitaphiorum, quorum paulo ante mentionem fecimus, & jam adhuc pluribus perluſtrabimus, fere patet ex his *Theophraſti Ethic. Charact c.* 13. περὶ περιεργίας id eſt. *de ſedulitate inepta*, his verbis : Καὶ γυναικὸς, inquit, τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποδαπή ἐστι, καὶ παρεπιγράψαι, ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. id eſt. *Quod ſi uxor obierit, monumento ejus & mariti & patris & matris nomina inſcribet, itemque cujas ipſa ſit; tum hoc elogium inſuper adjiciet :* SINGULARI OMNES ISTI PROBITATE ERANT. Apud *Homerum*

*rum Iliad. η. v. 89. Hectoris* epitaphium legitur, quod ſibi exſtrui præceperat, antequam cum *Ajace* congrederetur:

> Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος·
> Ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος
> Ἥκτωρ.
> Ὥς ποτέ τις ἐρέει. Τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται.

> i.e. *Viri quidem hoc monumentum eſt jam diu defuncti,*
> *Quem olim præſtantem fortitudine occidit illuſtris Hector.*
> *Sic olim aliquis dicet: mea autem gloria nunquam peribit.*

Apud *Platonem in Phædro* hoc habetur *Phrygii Medici* Epitaphium *pag.* 352.

> Χαλκῆ παρθένος εἰμί. Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι
> Ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
> Αὐτοῦ τῇδε μένουσα, πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου
> Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

Ideſt,

> *Ænea virgo, Midæ regis ſum impoſta ſepulcro,*

*Dumque*

*Dumque fluunt fontes, arbos dum celſa vireſcit,*
*Æternum durans lugubre inſiſto monumentum,*
*Atque Midam viatori narro hic eſſe ſepultum.*

Notatu dignum eſt etiam, quod veteres tumulis mortuorum aut verſus, aut ſolutum aliquid inſcripſerint. *Diyllus apud Athen. lib.*4. vertente *Natali*:

*Hoc jacet in tumulo dulcis Theon ille monaulos,*
*Scenis & mimis gratia multa viris.*

*Vopiſcus* in vita *Probi*: *Ingens ei ſepulcrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt cum titulo ejuſmodi inciſo marmori: Hic Probus Imperator & vere probus ſitus eſt, victor gentium, victor etiam tyrannorum.* Obſervandum autem, id, quod *Virgil. Bucolic. Eclog.*5. vocat *carmen, Euripidem in Troad.* vocare *epigramma.* Nam ubi *Hecuba* queritur de *Aſtyanacte interfecto a Græcis, ſic ait*:

— — — τί καὶ ποτε
Γράψειεν ἄν σε μουσοποιὸς ἐν τάφῳ;
Τὸν παῖδα τόνδ' ἔκτειναν Ἀργεῖοι, ποτὲ
Δείσαντες. αἰσχρὸν τὸ ἐπίγραμμ' ἐν Ἑλλάδι.

i. e.

i.e. - - - - *quidnam*
*Scribebat de te Poëta in ſepulcro?*
*Hunc puerum interfecere Argivi oli*
*Timentes: turpe fuerit epigramma ho*
*in Græcia.*

Claudebatur autem epigramma unico di ſticho, quod genus epigrammatum venu ſtum dicente ſic *Cyrill. lib.* 1. *Epig.*

Πᾶν καλὸν ἐς' ἐπίγραμμα τὸ δίςιχον· Ἢ
δὲ παρέλθῃς,
Τοὺς τρεῖς ῥαψῳδεῖς, οὐκ ἐπίγραμμα λέ
γεις.

*Omne epigramma venuſtum eſt diſtichum*
*ubi auxeris ultra,*
*Dulce poëma facis, non epigramma faci*

Ex quo *Cyrilli* carmine notat *Gifanius* a *lib.* 7. *II.* id de *Epitaphio* capiendum, mo netque elogium funebre, quod ſupra diſti chon excurrit, non eſſe verum elogium Mitto, an id debeat colligi ex epigramma te *Cyrilli* (cum fortaſſe Græcus non tan tum de epitaphio, ſed de omni loquatur epi grammate) ſed certe quod colligitur, be ne habet. Nam illa ſunt pulcherrima elogi defunctorum, quæ duobus tantum verſi bus includuntur. Probat hanc rem Virgi lii auctoritas *in Eclog.* 5. & *Culic. Theocr*

ειδ

. 1. *Thucydid. lib. 9. Herod. lib. 7.* qui defunctorum epitaphio, quod unico abſlvit diſticho, ut notet illud eſſe epigrama, ait, ἐπιγέγραπται γράμματα. *Non.* . 11. *Dionyſ.* ubi *Carpi* & *Calami* epiphium duobus verſibus includit. ſi & epitaphium Hymni Paſtoris *lib.* 15. de ſignate *Propertius* de ſuo tumulo *l.* 1. *leg.* 10.

*Et duo ſint verſus; Qui nunc jacet horrida pulvis,*
*Unius quondam ſervus amoris erat.*

mitto epitaphia *Auſonii*, Græcorum egrammatum, Inſcriptionum *Smetii*, in ibus plurima invenias duobus tantum rſibus incluſa.

§. 6. Amplius de *Epitaphiis Plato* ita nxit *lib. XII. de Legibus* : Χῶμα δὲ μὴ ωννύναι ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον, ἐν ...θ' ἡμέραις ἀποτελούμενον. Λίθινα δὲ ἐπιστήκ...τα μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τὰ τοῦ τελευτηκότος ἐγκώμια βίου μὴ πλείω τεττάρων ...ϊκῶν στίχων. *Agger non altior ſit eo cuulo, quem viri quinque diebus quinque nſtruere poſſunt. Lapides quoque ſuperuantur non majores, quam ut poſſint vidефuncti laudes, quatuor ſolum heroicis* ver-

*verſibus editas comprehendere.* En! quatuor verſus enumerantur; unde pa[illegible] quod non tantum duo uſurpati fuerint. Il[illegible] nique de *Sicyoniis* prodidit *Pauſan. lib.* *hiſtor.* qui *Corinthiac.* inſcriptus eſt, q[illegible] epitaphiis & inſcriptionibus nullis pro[illegible] fuerint uſi, quemadmodum ſolerent *Gr[illegible]* Verba ejus ex verſione *Friderici Sylbu[illegible]* hæc ſunt: *Ad hunc fere modum ſuorum ca[illegible] vera condunt* Sicyonii: *Corpus terra con[illegible] gunt, deinde lapidea baſi exſtructa colu[illegible] nas erigunt, quibus faſtigia vel (ut Gr[illegible] vocant) aquilas imponunt: eadem pr[illegible] ſpecie, qua ſunt templorum culmina.* [illegible] *ſcribunt vero ſepulcris plane nihil. Sed e[illegible] quem extulerunt nomen appellantes, pa[illegible] mentione prætermiſſa, illum valere jube[illegible]* Terra injecta & humato cadavere precaba[illegible] tur, ut *terra levis ſit.* Quo ritu nihil re frequentius in veterum ſcriptis & liter[illegible] lapidibus reperitur. Hac itaque formula t[illegible] *Latini* quam *Græci* uſi ſunt. de Latinis v[illegible] *Tibull. lib.* 11. *Eleg.* 4. *Propert. l.* 1. *Eleg.* [illegible] *Martial. lib* 6. *Epigr.* 68. & *Epig.* 36. P[illegible] rumque autem literis initalibus ſolebat [illegible] notari S.T.T.L. Sic Chorus in Euripid. *A[illegible]* ceſſ. - - κοῦφα σοι χθὼν ἐπάνω πέσοι, [illegible]

e verſione *Phil. Melancht. p.m.* 349. *Le-
vis terra cadat ſupra te:* de quo ritu cum
plurima tractaverit *Joh. Kirchman. de Fu-
ner. Rom. lib.* 3. *cap.* 9. *a pag.* 379. *uſque.*
384. itaque Lectorem ad iſtum Auctorem
remittimus.

---

# CAPUT XVI.

## DE INFERIIS, SEU SACRIFICIIS MORTUORUM.

§. 1.

MOdus ſacrificandi Diis inferis ſeu mortorum erat, ut in effoſſa ſcrobe illis immolaretur, ſcil. quia inferiæ fiebant Diis non terreſtribus, sed ſubterraneis, quibus βόθρυς. i.e. *ſcrobes* effodiebant, teſte *Porphyrio in antro Nymphar. pag.* 108. Immolabatur autem inferis, ne nocerent, illudque ſacrificium καθαρισμὸς appellabatur

tur. *Inferi* enim omnium malor auctores credebantur, ceu id ex *Soph. Electra* facile cognoſcendum. Cum tur animas mortuorum Diis adſcribere uti inſcriptio vetuſtiſſima id confirmat modo:

PORTITORI PLUTONI ET PR SERP.
HAVE JULIA. C. FIL. MAXIM
FOELIC.DOM.TORMENT.SALC ANIMULA
DULCIS ANIMULA SUAVIS AN MULA
IN DEORUM NUMERUM REC PTA UNDE TALE ET C TALEM V. A. LIX. ME
VI. DIES. XII. HORA NOC.

ita etiam ſacrificia immolabantur. Di bantur hæc ſacrificia *inferiæ*, *exequiæ*. *roald. ſchol. in Suet Ner.* item *feralia*, q bus inferis defunctiſque officia ferebantu vel quod pecudes iis ferirentur. Perti huc *novendiale* ſacrificium, a nono di morte ita dictum, quo funerationis ſol nia fiebant. vide *Saubert. tract. de Sacri pag. m.* 115. *Inferiæ* ſacrificia ſunt, q diis Manibus inferebant. Gloſſ. *Inferi*

*ʊl. Inferilia,* καταχθόνια, εἰσκομίσμα-
: ab εἰσκομίζεσθαι, *inferre.* vid. *Martin.*
*xic. Etymol. Feralia* Deum Manium dies
Februario apud Romanos. *Varro lib. 6.*
*Lingu. Lat. Feralia ab inferis*, inquit,
*od ferunt tum epulas ad ſepulcrum, qui-*
*r jus ibi parentare.* Sic ſacrificia, quæ
ɔ mortuis impendebantur, *juſta* antiqui-
s fuiſſe appellata, nemo ignorat: unde
*vidius lib. 2. Faſtor. Hanc, quia* JU-
TA FERUNT, *dixere Feralia lucem.*
*Cicero. Orat. pro L. Flac. Juſta Cati-*
*ıæ facta ſunt. Plinius* quoque *lib. 2. cap.*
*t. Ea cum ſecutis diebus juſta perage-*
*nt.* & iterum *lib. 10. c. 2. Principioque*
*ſta funeri reddere*, & *Antonius Conſtan-*
*ʊs lib. 2. Faſtor. Ovid.* Numa Pompilius
ɪidem, ut dicimus, ſtatuit, ut hoc men-
*juſta* Diis Manibus ſolverentur. *Hero-*
*an.* demum lib. 4.

*Sed in primis tamen juſta parenti per-*
*ſolverunt.*

*uſta* itaque dicebantur hæc ſacrificia, quia
ſtitiæ titulo animabus debita defuncto-
ɪm exiſtimabantur. *Ambroſius Calepin.*
: explicat: Juſta *ſacrificia, quæ mortuis*
*ɔpenduntur, ita dicta, quod* jure *fierent*
*his,*

*his, qui de nobis viventes bene meriti fu-runt.* Et *Chryſothemis* apud *Sophocle*, cum eam *Electra* oraſſet, ut ad ſui genito-ris ſepulcrum nonnullas offerret oblatio-nes, promiſit ſe id facturam cauſæ juſti-tia id expoſcente:

Δράσω, τὸ γὰρ δίκαιον. οὐκ ἔχει λόγον

Δυοῖν ἐρίζειν, ἀλλ' ἐπισπεύδειν τὸ δρᾶν..

i.e. *Faciam, nam cum cauſa juſta eſt, ni-hil attinet diſputare, ſed decet rem exeq*. plur. vid. in *Chryſanth. Solar. Pentateu*. *mort. lib. 2. fol. m. 87. edit. Patav.* 164

§. 2. Progredimur ad locum, ubi h[illegible] ſacrificia peracta fuerunt, & ſi rem perpe[illegible] dimus *terra* fuit effoſſa. Audiamus *Saube-tum de Sacrific. cap. 15. pag. mih.* 340. *Euſtathio* ita loquentem: *Si* ſuperis *imm-laretur, aræ exſtructæ conſpiciebantur; te-reſtribus, terra plana; ſi inferis, effo-terra, quibus calculum addit* Lactantiu[illegible] *qui hoc modo loquitur: Tria ſunt in ſacri-ficiis loca, per quæ piaculationem facimu*[illegible] *Scrobiculo facto inferis; aris terreſtribus ſa-crificamus; cæleſtibus exſtructis focis.* Su-perorum tot extant aræ, ut ἐκ τοῦ ψάμμ[illegible] χοινίον πλέκειν, qui eas colligere vellet, v[illegible] deretur. In terra *Pali* deæ Palilibus fœnu[illegible]

inc[illegible]

:ndebant ruſtici, ut docet *Perſii Scho-*
. Ita ἀποβώμια ſacra erant Græcorum,
in altari, ſed in plano ſolo aut pavi-
nto peragi ſolita. Ara *Conſi* dei ſub terra
, quod conſilia oporteret eſſe ſecreta. vid.
*:horn. quæſt.* 39. Cæterum de *terra effoſ-*
n inferorum ſupplicationibus *Apollo-*
*: lib.* 3. *Silius Ital. lib.* 13. Punic.

*nducit Juvenem, ferroque cavare re-*
*foßam*
*Ocius urget humum.*

ec. Oedip. 3. 1.

*Tunc foſſa tellus, & ſuper rapti rogis*
*Faciuntur ignes.*

id. lib. 7. Metamorph.

*- - ſtatuitque aras e ceſpite binas*
*Dexteriore Hecates, at læva parte Ju-*
*ventæ:*
*Has ubi verbenis ſylvaque incinxit agre-*
*ſti,*
*Haut procul egeſta ſcrobibus tellure dua-*
*bus*
*Sacra facit &c.*

bebant etiam *Inferi* cum ſcrobibus aras,
teſtatur *Senec. Med.* 3.

*Vocetur Hecate, ſacra lactifica ad-*
*para,*

*Struan-*

*Struantur aræ; flamma jam tectis ſco*
Plura qui deſiderat, evolvat citat. *Sauel*
*de Sacrif. pag m.* 348. *ſeq.* Et hanc a
Græci vocabant ἐσχάραν teſte *Franciſc. I*
*in Archæol. Attic. lib.* 5. *cap.* 31. *pag.*
266. vel μεγάραν. Notum itaque e
quod in ſcrobibus & effoſſa terra ſac
catum fuerit Diis inferorum. *Ulyſſes* a
*Homer.* 11. *Odyſſ.* facturus ſacra infer
præmittit βόθρον ὄρυξα, *ſcrobem fodi.*
*Homero Apollon. lib.* 3. in ſimili ſacr
*Jaſone*, βόθρον ὀρύξας. *Orpheus in A*
*naut.*

Χώρῳ ἐπὶ πλακόεντι βόθρον τρίσσ
ὄρυξα.

*Effodi triplicem campi ſuper æquore*
*ſam.*

Alludens ad hæc ſacra dixit *Philoſtratu*
*Heroicis* : Ἥκιστα γὰρ πρὸς αἵματί τε
βόθροις αἱ ψυχαὶ ψεύδονται. *animæ ad ſ*
*guinem & foveas non mentiuntur.* Et
6. c. 6. ita ait : Θεοὶ μὲν γὰρ χθόνιοι βόθ
ἀσπάζονται, καὶ τὰ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ ἱερουργ
*Dii terreſtres foveas amant & ſacra in*
*vis terrarum.*

§. 3. Quod ad ipſa Sacrificia attin
illa vel erant (1) *ſterilis vacca*, c
ſ

nguis effundebatur, uti teſtatur *Homer.* *dyſſ.* 11. *v.* 29. ubi *Ulyſſes* ait:

Πολλὰ δὲ γουνούμην νεκρῶν ἀμενηνὰ κάρηνα
Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν ἥ τις ἀρίστη
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ᾽ ἐμπλησέμεν
ἐσθλῶν. i. e.

*Defunctorum animis ſupplex ſum multa precatus*
*Inque Ithaca ſterilem vaccam mactare domi ſum*
*Pollicitus, multiſque pyram contexere donis*

*irgil. lib.* 6. *Æneid. verſ.* 251. fere ea- em habet ita canens:

*- - ſterilemque tibi, Proſerpina, vac- cam.*

a *Virgilius* Homerum ſecutus, vaccam erilem dicat in *ferali ſacro*, ut *Apollon.* τομα μήλων. Nam ſicut eaſtrati mares, i. verveces inferis ſacrificabantur, ut in- œcundi: ſic *Proſerpinæ* ſterilis vacca pro- ter eandem infœcunditatem, quod Ser- ius aliique interpretantur. vel (2) *nigra vis*, uti *Senex* iſte apud *Euripid. Electr.* *v.* 513. ad tumulum *Agamemnonis* hoc fa- tum aſſerit:

Πυρᾶς δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς οἶν μελάγχιμον πόκῳ

Σφάγιον ἐσεῖδον - - -

i. e. ex verſione *Philip. Melanchton. pag.* 1020.

*Porro ad ipſum rogum ovem nigro velle*
*Victimam vidi.*

Cui adſtipulatur *Seneca in Oedip. v.* 55 ita ſcribens: *Nigro bidentes vellere atq atræ boves retro trahuntur.* Ex his conſt in hoſtiis his, quæ Inferis, Bellonæ & mactabantur, nigrum colorem eminuiſſ id quod ex probatis Auctoribus probari p terit. *Spartian. in Severo cap.* 22. *Primu ad Bellonæ templum,* inquit, *ductus e deinde hoſtiæ furvæ ſunt adplicitæ. Tibul lib.* 3. *Eleg.* 5.

*Interea nigras pecudes promittite Di*

Virgil. lib. 5. Æneid.

*Nigram hyemi pecudem, Zephyris fe*
*licibus album*
- - - *totidem nigrantes terga juvenc*
*Vinaque fundebat pateris animamque vo*
*cabat*
*Anchiſæ magni, maneſque Acheron*
*remiſſos.*

Idem *lib.* 6. *Æneid.*

- - *Nigrantes terga juvencos*
*Conſtituit*

D

e more ſcil. quo Diis inferorum atræ' o-
æ offerebantur juxta *Porphyr.* verſus :

Τρεῖς μὲν ἐπιχθονίοις, τρεῖς δ' οὐρανίοισι θεοῖσι
Φαιδρὰ μὲν οὐρανίοις, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ. i. e.

*Hoſtia terna Deis alba eſt mactanda ſupremis :*
*Terna quoque at furvo terreſtribus atra colore.*

juxta *Philoſtratum*, qui in *Heroic.* Οἱ Θετ-
ταλοὶ ἐναγίσματα ἔπεμπον καὶ ἄρνα μέλανα. *Theſ-
li parentalia nigrumque agnum miſerunt.*
nf. *Hadr. Jun. cent.* 5. *adag.* 56. *Saubert.*
*Sacrif. cap.* 18. *pag. mih.* 420. *Franciſc.*
ous *Archæolog. Attic. lib.* 5. *c.* 31. *pag.*
. 266. Cauſam cur atra vel furva animalia
mmolata fuerint, reddit citatus *Rous* c. l.
s verbis: *The reaſon why they made choy-
of this colour was, either becauſe it ſuited
ſt with mourning, or becauſe it was to the
ack gods of the darck.* Lat. *Cauſa cur hunc
lorem elegerint fuit, vel quia luctui opti-
e conveniret, vel quia diis nigris tene-
arum conſecraretur.* Cui calculum addit

*Arnobius lib.* 7. hic verbis: *Quæ in colori ius ratio in eſt, ut merito ſuperis albas illis atras conveniat nigerrimaſque mactari? Quia ſuperis Diis atque hominum dexteritate pollentibus color lætus acceptus eſt ac felix hilaritate candoris: at vero Diis lævis ſedeſque habitantibus inferas, color furvus eſt gratior, & triſtibus ſuſpectus fucis.* Rationem aliam Hippocrates ſuppeditat in libr. de Morbo ſacro, cum ait: colore nigro ſignificari mortem, θανατώδες γὰρ τὸ μέλαν.

§. 4. Tempus ſacrificandi inferis erat (3) *nocturnum*, quia *Plutoni* ſacra noctu fiebant. *Servius*, quæ tota nocte arderent. *Turnebus lib.* 28. *cap.* 44. ait, recepti moris fuiſſe, ut ſacra *Plutonis* noctu celebrarentur, advocatque *Valer' lib.* 2. *cap.* 1. apud quem fiunt hæc ſacra, *continuis tribus noctibus.* Et *Apollon.* 3. *Argonaut.* apud quem *Jaſon* peracturus hæc ſacra, non prius illa aggreditur, quam - - Ἑλίκης εὐφεγγέος ἀστέρες ἄρκτου ἔκλιθεν - - *verſi ſunt ſtellæ Helices Urſæ ſplendentis.* Huc referimus *Statium* 4. *Thebaid.* loquentem de hoc ſacro, *Nocturnique canum gemitus* & *Senec.* qui in *Oedip.* locum eligit ita te-

ne:

nebroſum, ut noctiesset ſimilis. ait enim, *præſtitu noctem locus.* Apud *Ovidium lib.* . *Metamorph. Medea* ſe ad ſacra iſta accingit, cum - - *homines volucreſque feraſque Solverat alta quies.* Sed *Silius* unus, quod ſciam, ſignat, quæ eſſe deberet noctis pars, videlicet poſt tranſactam *mediam.* ta enim *Maga* præcipit *Scipioni:*

*Vade age, & a medio cum ſe nox humida curſu*
*Flexerit, ad fauces vicini caſtus Averni*
*Duc prædicta ſacris duro placamina Diti.*

Diximus hæc ſacra debere eſſe *noctu* & qua parte noctis. in *Alexandr.* Eumenidum ſacra *nocte media* apud *Æſchyli* & *Sophocl.* nterpretes reperimus. *Lucan. lib. 5. Pharſal. Videt flammifera confectas nocte Latinas.* conf. *Saabert. de Sacrif. cap. 5. m. 96.* Aliam quoque ſuppeditamus Lectori circumſtantiam ex *Philoſtrat. lib. 7. de Vita Apollon. cap. 10.* ubi accuſatur *Apollonius*, feciſſe ſacra necromantica *noctu deſinente menſe.* Hoc enim ipſo indicat morem. Itaque fiebant ſacra hæc noctu, circa noctem mediam & deſinente menſe. conf. *Chryſanth. Solar. in Pentateuch. mortuor.* ubi plura.

§. 5. Viſo tempore ſacrificandi, pr
gredimur ad (4) *modum mactationis*
ctimarum harum. Inter percutiendu
itaque in cœlitum ſacrificiis collum vic
mæ, ſi minor eſſet victima, refringeb
tur; ſi major, a *Poparum* altero, qui in te
ram procumbebat, caput ejus elevabat.
In *inferorum* vero ſacris ſupprimebant c
put hoſtiæ, ut terram intueretur. conf. *S*
*bert. cap.* 19. *de Sacrif. pag. m.* 468. V
rum hic notandum, quod non ſemper p
cuſſio hoſtiæ fuerit victimariorum & po
rum, ſed interdum magnorum Principu
Firmamus hoc ex *Athenæo*, qui *lib.* 14.
ſcribit: Ἀγαμέμνων παρ' Ὁμήρῳ θύει βα
λεύς. *Agamemnon Rex apud Homerum*
*crificat*: & poſtea idem notat ex *Thraſym*
filio *Neſtoris*, qui pro patre jam ſene n
que valente id muneris præſtare, ipſe ſe
rim arripit, & κόπτει βοῦν, *bovem fe*
Apud *Philoſtrat. lib.* 6 *de Vita Apoll.*
*c.* 15. Sed & ſacra nocturna *Jaſon* quoq
perfecit apud *Apollon.* 3. *Argonaut.* I
inſtrumento, quod culter erat, videndus
la Cerda Commen. in *Virgil. Georg. lib.*
*fol. m.* 464. & *lib.* 6. *Æneid. fol.* 634. u
plura de forma ejus. conf. *Saubert. de Sacr*
*cap.* 19. *pag. m*, 476. §.

§. 6. Qui igitur attente Poëtas Græcos legerit *Sophoclem*, *Euripidem*, *Homerum* alioſque, is inveniet ſex præcipuas res contineri nomine *inferiarum* videlicet, *aquam*, *mel*, *lac*, *vinum*, *ſanguinem*, *comas*. De *aqua* nihil dicam, quia jam *Kirchmannus in libro de Funeribus Romanorum* pluribus egit; de aliis placitum loqui diſtinctius. Illuſtris eſt locus *Euripid* qui habetur in *Oreſte*, ubi *Helena* ita ad *Electram* verba facit:

Καὶ λαβὲ χοὰς,
*Accipe inferias has in manibus,*
κόμας τ' ἐμὰς,
Ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον,
Μελίκρατ' ἄφες γάλακτος, οἰνωπόντ' ἄχνην,
Καὶ στᾶσ' ἐπ' ἄκρου χώματος, λέξον τάδε,
Ἑλένη σ' ἀδελφὴ ταῖσδε δωρεῖται χοαῖς.
*& comas meas,*
*Pergenſque ad ſepulcrum Clytæmneſtræ*
*Demitte ibi mel cum lacte miſtum, & vini ſpumam;*
*Et ſtans in ſummo tumulo dices iſta,*
*Helena ſoror donat te his inferiis.*

*Sanguinem*, quem hic omiſit, habes in *Iphigen. in Taur.* ubi *Iphigenia* ipſa

- - ᾧ τάσδε
Χοὰς μέλλω, κρατῆρά τε
Τῶν φθιμένων,
Ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις,
Πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων;
Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβὰς
Ξανθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν,
Ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται.

ideſt:

*Cui* (ideſt, fratri Oreſti) *has*
*Inferias paro, poculumque*
*Mortuorum,*
*Ut in terræ dorſum effundam*
*Fontes* (ſanguinius) *ex montanis vi-*
*tulis,*
*Bacchi vineam libationem*
*Et flavarum labores apum:*
*Hæc ſunt, quæ mortuos placant.*

Et in *Troad.* de eadem re loquens: Αἱμ[...] γῆ δωρήσεται, *ſanguinem terræ donabit:* *Seneca in Oedip.* *Sanguinem libat foci:* Ratio hujus moris duplex. Prima *S. Auguſtini de C. D.* quia ſanguinem amare Dæmones creduntur; altera Interpretis *Statii:* nam ſanguis proprie videtur eſſe poſſeſſio animæ, unde & *exſangues* dicimus mortuos. Addimus de ſanguine effuſo in ſcrobem:

bem, quod hujus effuſione mortuorum animas evocare voluerint. Cur autem *lac* in inferiis fuerit additum, *Porphyrius in antro Nymph.* hanc rationem reddit: *Cæterum*, inquit, *ſecundum Pythagoram animæ ſunt in turba illa ſomniorum, quam inter lacteum circulum congregari aſſerit: cui id nomen ab animabus, quæ in generationem delapſæ lacte nutriuntur: & hanc ob cauſam illos, qui animas evocant, lac mulſum in libationibus adhibere.* Sic & *capillorum* mentionem facit *Sophocles.* Comas autem eſſe vere *inferias*, ſatis indicat *Euripid. Phœniſſ.* nam illas vocat ἀπαρχάς. Itaque neſcio, cur multi *comas* excludant ab *inferiis*. Auſim affirmare, nihil frequentius ab uno *Euripide* induci inter *inferias*. Clariſſima quoque ſunt verba *Heliodori lib. 6.* Τὰς ἐπιφέρω χοὰς, καὶ ἅμα ἔτιλλε τὰς τρίχας: *Inferias adfero, & ſtatim vellebat crines.* & *lib. 7.* Καὶ ἐπιφέρω χοὰς ἐκ τῶν ἐμαυτῆς πλοκάμων: *Do in inferias capillos mei capitis.* Hæc teſtimonia *Kirchmannum* alioſque revincunt. Proprie *inferiæ* erant, quæ igne abſumebantur. Inde *Sophocles in Electr. Inferias* abſolute vocat ἔμπυρα, *ignea.* Rogat enim *Electra*

 ſo-

ſorotem *Chyſoſthemin*, *Quonam vadis: aut quo fers iſta* ἔμπυρα, *ignea?* Illa vero reſpondet: *Mater mittit, ut patris tumulo* χοὰς, *inferias*, adferam. Hinc conſtat, quod prius nominet ἔμπυρα, quas poſtea χοάς. Et hæc eſt ratio, cur comæ inter *inferias* numerentur, nam illæ quoque igne abſumebantur. vid. *De la Cerd. Commentar. in lib. 9. Æneid.* Audiamus *Franciſ. Rous Archæolog. Attic. lib. 5. c. 31. pag. mih. 266. edit. Oxonienſ. At the ſame time they offered down both their haire, and the briſtle-haire of the beaſt, which grew upon his fore-head*, Ἀπαρχὰς ſcilicet ὡς ἀψύχους τὸ ὅμοιον ἀφοσιούμενοι, *that they might not give the dead, either that, which had life in it ſelf, or that, which could beget it in another thing.* Lat. *Eodem tempore offerebant cum comas, tum ſetas victimæ, quæ in fronte excreverant, ne defunctis darent, vel quod vitam in ſe haberet, vel quicquid poſſet in alia re vitam gignere.* Setæ hæ peculiari nomine vocabantur ἀπαρχαὶ & oblatio harum ἀπάρχεσθαι. Evulſis enim ſetis conjectiſque in ignem, ſtatim hoſtia mactabatur teſte *Homero Odyſſ.* 14. ubi ſubulcus mactans ſuem,

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

i. e.

*Sed hic incipiens, capitis crines in ignem jecit.*

Et *Odyſſ.* 3. is qui ſacrum facit:

Εὔχετ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

*Supplicavit incipiens, ex capite pilos in ignem jaciens.*

Euripid. *in Electr.*

Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τρίχα
Ταμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ.

*Ægiſthus rectum cultrum (capiens) vitulinos pilos*
*Secans, in luſtralem ignem impoſuit dextra.*

Attigit hunc morem inter Latinos *Statius* 4. *Thebaid.* pag. m. 440.

*- - jamque ardua ferro*
*Signati capita & frugum libamine primo*
*In vulgus cecidere greges.*

Quem in locum vetus Interpres: *Deſignata capita habentes: prius enim ſetæ tolluntur, aut lana, aut coma aris imponitur, & ita quaſi deſignatur immolationis victi-*

*ma.* Duo hic obſervanda ſunt. Primum ab *Homero*, *Virgilio*, *Statio* dici *prima libamina* (nam videlicet Græcus ἀπαρχόμενος) de iſta ſetarum evulſione, cum *Plutarchus* tamen vocet πρώτας καταρπείσεις, non hanc evulſionem, ſed fuſionem illam. Alterum, iſtam evulſionem traduci ab *Homero* ad alium ritum: nam apud illum 3. *Iliad.* *Agamemnon* ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, *agnorum ex capitibus abſcidit ſetas.* Quæ tamen ſetæ non conjectæ in ignem ſunt, ſed diſtributæ Principibus, qui aderant ſacro. Niſi quis dicat, ab illis in ignem conjectas, & ſuppreſſiſſe hoc *Homerum*, atque adeo non abiiſſe ab uſitato more. Non ſolum animalia in ſacrificium deſtinata, ſed etiam alia, quæ viva relinquebantur in publico funere tondebantur, uti Mardonius apud *Herodotum*, *Alexander* in funere *Hephæſtionis* fecerunt. confer. *Euripid. in Alceſt.* ubi *Admetus* detondere jubet beſtias in funere mulieris.

§. 7. Quando autem *Libationes*, (de quibus *Guilielm. Stuckius de Sacrific. Gentil. fol. m.* 132. *ſeqq* fuſe tractavit,) peragebant, tumulum circumibant, & mel, lac & vinum effundebant e vaſe ſeu poculo,

&

& in tumulo ſtabant. In effuſione utebantur certis formulis, ut: *Helena donat has libationes*, ſimul additis precibus, ut Dii animabus propitii eſſe velint; quare eligebent ejuſmodi liquores, qui placare illos poterant. Manus ſeu officium hæc offerendi ſacrificia competebat *cognatis* & *agnatis*. Hinc nolebant fieri mortuis *juſta* ab inimicis. Ergo vult *Niſus* inferias ſibi fieri ab amico. Applaudit huic rei vehementeter locus *Sophocl. in Electr.* ubi cum *Chryſoſthemis* filia *Agamemnonis* feret inferias defuncto patri datas a *Clytæmneſtra*, ita *Electra* admonet ſororem *Chryſoſthemin*:

Ἀλλ᾽ ὦ φίλη, τούτων μὲν ὧν ἔχεις χεροῖν
Τύμβῳ προσάψῃς μηδέν. Οὐ γάρ σοι θέμις
Οὐδ᾽ ὅσιον, ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι
Κτερίσματ᾽, οὐδὲ λουτρὰ προσφέρειν πατρί.

*Sed o chara ſoror, horum quæ manibus portas*
*Nihil ſepulcro admoveas: non enim fas eſt*
*Nec pium, ab inimica muliere afferri*
*Inferias, aut libationes patri.*

# CAPUT XVII.

## DE CORONANDIS TUMULIS ET PHYLLOBOLIA.

§. I.

SUpra vidimus, quod cadavera coronis fuerint ornata; jam etiam quædam conſideranda veniunt de coronationibus tumulorum, quæ actio vocabatur ςεφανᾶν τ̃ τύμβον, & coronæ ipſæ ἔρωτες dicebantur, quia ex cujuſvis generis floribus terræ colligebantur. Interdum coronas nectebant ex ſolo flore *potho*, πόθῳ, inquit *Athen. lib.* 14. & coronæ vocabantur πόθοι. Audiamus *Carol. Paſchal. lib.* 2. *de Coron. cap.* 14. *pag. m.* 120. *Pothos*, inquit, *corona ea eſt, quam nectunt e flore ſic appellato; cujus floris duæ ſunt ſpecies, una eſt* hyacintho *ſimilis: altera, quæ eſt decolor, utuntur in ſepulcris. More etenim priſco ſepul-*

*ſepulcra coronabantur. Plutarchus de Iſid. & Oſirid. Niſtitanem* inſulam apud Ægyptum, quæ omnibus inacceſſa ac ne navibus quidem fida eſt, ait quodam anni tempore, a Sacerdotibus adiri, qui ſacriſicio ibi peracto, coronant monumentum *Metidis* planta umbratum, quæ ſupergreditur magnitudinem omnis oleæ. Ipſaque adeo proxima monumento loca, aut in quibus exequiæ funebres ducerentur, priſca ſuperſtitione coronabantur. Tale eſt illud, quod in honorem *Achillis* uſurpari ait *Philoſtrat. in Heroic.* Στεφανώσαντες δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ κολωνοῦ, καὶ βόθρους ἐπ᾽ αὐτῇ ὀρύξαντες, τὸν ταῦρον τὸν μέλανα ὡς τεθνεῶσιν ἔσφαττον. *Coronato apice ſive ſummitate jugi, in eo effoſſa fovea, nigrum taurum ut mortuo mactarunt.* Sed priſco Romano more ſepulcra coronis & corollis conſperſa, diſcimus e *Plutarcho* in funere *Numæ*, ubi dicit, ſocios & amicos populos concurſu facto ad ſepulcrum ejus illud publicis muneribus & coronis decoraſſe. *Antoninus* apud *Herodian. lib.* 4. ornat ſepulcrum *Achillis* στεφάνοις τε, καὶ ἄνθεσι, *coronis & floribus.* Vetus inſcriptio in tumulo *Serviliæ* - - *cineres quoque flore tegantur. Juvenal*

*venal. Sat. 7. Spiranteſque crocos, & in urna perpetuum ver. Propert. lib. 1. Eleg. 17. - - & tenera poneret oſſa roſa. Prudent. in Cathem. Hymn. 7.*

*Nos tecta fovebimut oſſa*
*Violis, & fronde ſequenti:*
*Titulumque & frigida ſaxa*
*Liquido ſpargemus odore.*

*Marcus Aurelius* apud *Capitolinum* tantum honoris detulit ſuis magiſtris, ut illorum ſepulcra *floribus ſemper ornaret. Pindar. Od. 4. Nem.* loquens de tumulo *Amphitryonis.* ἄνθεσι μίγνυν, *conſpergunt floribus.* Theſſali apud *Philoſtratum in Heroic.* dabant ſepulcro *Achillis* στεφάνες ἀμαραντίνες, *coronas amaranti.* Floribus itaque ſepulcra ab Ethnicis cumulari ſolita, eorum maxime, quos in divinos retuliſſent, decantatum eſt. *Domitianus* quoſdam interfici juſſit, qui ſerta in locum, quo *Paridem* ſaltatorem occiderat, intulerant. auctor *Xiphilin. in Domit.* Flores præterea circa ſepulcra Martyrum ſparſa teſtantur *Paulinus* aliique quos recenſet *Martin. de Roa de Die natal. Sacr. & prof. pag. m.* 658. conf. *Joh. Doughtæi Analect. ſacr. lib.* 1. *pag. m.* 271. Non ſolum autem *flores*

ad-

adhibebantur, ſed etiam *frondes ramique* arborum. vid. *De la Cerd. Comment. in Virgil. Bucol. Ecl. 9. fol. m.* 181. Denique Græco more ſaxum, quod ſepulcro imponitur, coronari, docet locus *Luciani*; *Quid, inquit, prodeſt ſuper ſepulcro lapis coronatus?*

§. 2. Cum igitur conſtet, ſepulcra coronis fuiſſe ornata, operæ pretium eſſe duximus varias adducere ſpecies, ex quibus coronæ nectebantur. Virorum fortium ſepulcra coronabantur *apio*. Hujus moris meminit Auctor parœmiarum, qui citat *Plutarchum* Auctorem. Eſt autem locus *Plutarchi in Timoleonte* his verbis: *Timoleonti* cum *Carthaginenſibus* conflicturo occurrebant muli *apio* onuſti: quare milites ſuſpicio inceſſit malum eſſe ſignum, quoniam ſepulcra *apio* cornarentur. *Plutarchi* verba hæc ſunt: Καὶ τοῖς στρατιώταις ἐπεισῆλθε πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. Καὶ παροιμία τις ἐκ τούτου γέγονε, τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα, δεῖσθαι τοῦ σελίνου. *Et milites ſuſpicabantur, malum eſſe omen (ſignum) quoniam monumenta mortuorum ſolemus pie coronare apio. Et proverbium*

quod-

*quoddam ex hoc factum eſt, periculoſe æ-grotantem opus habere apio.* Verum *Ti-moleon* illis ſignificabat, ſignum potius victoriæ eſſe, quoniam hæc herba adhibebatur, ſi quis optimam deportaſſet victoriam. vid. *Franciſc. Rous Archæol. Attic. lib. 5. c. 32. pag. m.* 268. conf. *Carol. Paſchal. lib. 6. de Coron. cap. 26. pag.* 43 & *ſeqq.* Quandoque ſepulcra conſpergebantur *hyacinthis*, ut apud *Propertium l.* ..

*Hoc etiam grave erat nulla mercede hya-cinthos*
*Injicere, & fracto buſta piare cado.*

Obſervandum in hoc flore eſt, quod ſi literatus, & inſcriptæ illi ſint formæ literarum, quæ ut *Pauſanias lib.* 2. ait, ſunt indices luctus. Id quod hujuſmodi ſit liquet ex *Ovidii* verſibus *lib.* 10. *Metamorph.*

*Non ſatis hoc Phœbo eſt (is enim fuit auctor honoris)*
*Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit & Hya*
*Flos habet inſcriptum, funeſtaque litera ducta eſt.*

*Nempe*, ut ait *Plin. lib.* 21. *c.* 11. *ita in hoc flore diſcurrunt venæ, ut Græcarum litera-rum*

*rum figura* Αι *legatur inſcripta.* Ergo hæ literæ *Ovidio* ſunt *hya*, *Plinio* Αι, θρηνητικὸν ἐπίῤῥημα, *lamentabile adverbium*, & exclamatio pueri, tum cum ſagitta ab Apolline ictus interiit, ſi referatur ad *Hyacinthum*; ſi ad *Ajacem*, primæ literæ nominis ejus. Sed ipſe *Ovidius lib.* 13. *Metamorph.* utrique tribuit:

*- - - rubefactaque ſanguine tellus*
*Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.*
*Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.*
*Littera communis mediis pueroque viroque*
*Inſcripta eſt foliis; hæc nominis, illa querelæ.*

Probabile itaque videtur, non *hya* legendum, ſed *αἲ αἲ*. Nam *αἲ* eſt nota querelæ, mœroris, doloris: eſt enim particula σχετλιαστική, ad quam rem nunquam *hya* admittitur. Græci etenim in dolore ita clamabant teſte *Luciano in Philopatre*, *αἲ αἲ αἲ αἲ τῶν κενῶν ἐλπίδων. heu heu heu heu vana ſpes.* Ita ipſe *Ajax* apud *Sophoclem in Ajac. maſt.* loquitur, ubi dicit, ſuum nomen convenire ſuis malis:

Αι

Αἶ αἶ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;

*Ah! ah! quis unquam putaſſet ita conſen-tiens meum convenire nomen malis meis?* *Theocrit. Epith. Bionis:* Νῦν Ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα αἶ αἶ. *Nunc loquere, Hya-cinthe, tuas literas* αἶ αἶ. Et hinc fortaſ-ſe manavit mos ſpargendi ſepulcra hyacin-this. Conſpergebantur etiam ſepulcra *lilii* aliiſque floribus.

§. 3. Tales corollæ ſive coronæ dice-bantur quoque *ſerta. Pædo in Epigr.*

*Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores;*
*Non unquam ſitiens, florida ſemper eris.*

Et apud *Ovidium lib. 3. Triſt.*

*Te tamen extincto feralia munera ſem-per*
*Deque tuis lacrymis humida ſerta dabo:*

*Statius* quoque id teſtatur *lib. 5. Sylvar.*

*Illuſtremque animam lethæis ſpargite ſer-tis.*

Supra monuimus, corona, quæ necteretur e flore, cui nomen *pothos*, priſcos in ſepulchris uſos eſſe. *Virgilius* honore ſertorum afficit rogum:

Quic

*Quid cineri ingrato ſervas bene olentia*
*ſerta?*
*Anne coronato vis lapide iſta tegi?*

Hanc ſive pietatem ſive ſepulcrale officium uiſſe anniverſarium diſcimus e *Tibullo.* 2.

*At bona, quæ nec avara fuit, centum*
*licet annos*
*Vixerit, ardentem flebitur ante ro-*
*gum.*
*Atque aliquis ſenior, veteres veneratus a-*
*mores,*
*Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.*

c has ſertatas *inferias* filii parentibus, & t quiſque defuncto proximus eſſet, præ- tabat. *Talthybius* alloquens *Hecubam*, ique permittens, ut hunc ſupremum ho- orem habeat nepotulo, ait in *Euriptd. Tro- d. act.* 5.

- - σὰς δ' ἐς ὠλένας
Δοῦναι, πέπλοισιν ὡς περιστείλῃς νεκρὸν
Στεφάνοις θ', ὅση σοι δύναμις, ὡς ἔχει τὰ
σά.

*Tuas vero in ulnas dare, veſtibus ut circum- des mortuum & corones, quanta tibi pote- ſtas, ut ſe habent tua.* Et apud *Sophoclem Elect.* Chryſothemis ait:

Ἐπεὶ

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον,
Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥότους
Πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ
Πάντων ὅσ' ἐστὶν, ἀνθέων θήκην πατρός.

*Ut enim veni ad antiquum patris ſepulcrum, video e ſummo jugo recens fluentes fontes lactis & undique coronatum omnibus, quot quot ſunt, floribus monumentum patris.* Quandoque hoc officium defunctis publice fuit exhibitum, nemp. illis, quorum magna extarent in Rempubl. merita. Quo exemplo ſepulcrum *Macariæ*, quæ fuit Hercule prognata, quod ſe voluntariæ morti pro univerſorum ſalute obtulerat, *Athennienſes* floribus & corollis conſperſerunt. Ipſa quoque terra flores protuliſſe dicitur apud ſepulcrum eorum adoleſcentium, quos *Oenomaus* interfecit.

§. 4. Cæterum hæc ſepulcralia munera florum, ſertorum, coroliarum generali appellatione vocabant *inferias*, χοὰς teſte *Euripid. Oreſt. act.* 4.

Ὦ παρθέν' ἥκεις τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
Στέψασα καὶ σπείσασα νερτέροις χοάς.

*O virgo, venis ad Clytemneſtræ ſepulcrum postquam coronaſti & libaſti inferis inferiis.* de quibus pluribus egit *Carol. Paſchal.*

de

*Coron. lib. 4. pag. m. 224. ſeq.* Præter ronas inter *inferias* etiam erant *unguenta,* ibus ſepulcra honorabant, de qua re vid. *artin. de Roa lib. ſingul. p.* 658. Cur tem ſepulcra floribus & coronis ornata erint, rationem reddit *Clemens. Pædag. lib.* . *c.* 8. ut his tranquilla & quieta conditio functorum ſignificetur & libertas a curis moleſtiis. Verum, ut hæc ita ſe ha-ant, attamen cum *Scholiaſt. Euripid.* di-ndum, quod intentio fuerit, πρὸς τὸ ιῶν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν νικώντων, *honora- defunctum, acſi honorarent, cum opti-m reportaſſet lucrum.* Ob hanc itaque ſam peragebant id, quod φυλλοβολεῖν vo-bant, quo ſepulcra foliis conſpergebant, te *Varrone lib. 6. de LL. Ad ſepulcrum unt frondes atque flores.*

CA-

# CAPUT XVIII.

## DE ORATIONIBU FUNEBRIBUS, LUDIS ET AQUILIS.

§. I.

AMplius & in ſepultura *honoratioru* orationes habebantur funebres, qui bus defunctos laudare ſolebant, præſert vero illos, qui in bello fortiter mort obiiſſent. Ita *Thucydides* teſtatur *lib. bell. Peloponenſ.* Ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γ ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς ἂν γνώ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι, καὶ ἀξιώμα προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέπ τα. μετὰ δὲ τοῦτο ἀποχωροῦσι. i. e. *Poſteaqu vero eos humaverint, aliquis ab ipſa ci tate delectus vir haudquaquam pro inconſ to habitus. & cui pro dignitate conveni ſuper eos orationem habet, qualem dec de illorum laudibus, qua habita diſcedit*

Lucianus item in Dialogo de Luctu *pag.* 95. Καί τοι - ἔνιοι λόγους ἐπιτάφίους εἶπον ἐπὶ τῶν μνημάτων ὥσπερ συναγορεύοντες ἢ μαρτυροῦντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ. *Sunt vero -- & qui -- funebres orationes habeant, perinde quaſi patrocinentur, ac teſtimonium perhibeant defuncto apud inferos judices.* Id quod etiam ex *Platone* poteſt oſtendi, cujus hæc ſunt in *Menexemo fol.* 403. Καὶ μὲν, ὦ Μενέξεμε, πολλαχοῦ κινδυνεύει καλὸν εἶναι τὸ ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκειν, καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει. καὶ ἐὰν πένης τις ὢν τελευτήσει, καὶ ἐπαίνου ἂν ἔτυχε. *Videtur, Menexeme, apud plurimas Gentes præclarum eſſe in bello occumbere. Et enim, qui ſic e vita migrat, funere & ſepulcro magnificentiſſimo honoratur. Et ſive pauper quis ita decedat, laudatione non caret.* Exemplum ejuſmodi funebris orationis habetur in *Lyſiæ* Oratoris Græciæ orationibus a *Jodoco Vanderheidio* Latine datis edit. *Marburg.* 1683. „*pag. m.* 451. *Hi vero Athenienſes, inquit,* „*& vivi & mortui exſtimantur beati,* „*quod majorum legibus virtutem & hone-* „*ſtatem edocti viros ſe præbuerint, illorum-* „*que gloriæ conſulentes ſuam virtutem po-*

*ſteris notam reliquerint. Multorum enim & præclarorum bonorum auctores ſuæ fuerunt patriæ, multa aliorum errata correxerunt, procul a patria bellum geſſerunt, mortuique ſunt, ut probos mori convenit: patriæ quidem ſuæ educationis mercede perſoluta, parentibus vero ſuis re nulla, præter luctum, relicta. Æquum eſt igitur, vivos horum deſiderio teneri, ſuaque ipſorum incommoda deplorare. Quæ enim ipſis reſtat (in vita) voluptas, hiſce talibus viris ſepultis, qui, omnibus præ virtute contemtis, ſe ipſi vita privarunt, uxores viduas effecerunt, liberos ſuos orphanos reliquerunt, fratres vero & parentes omni auxilio deſtituerunt? Multis autem incommodis & calamitatibus hic concurrentibus beatos arbitror ipſorum liberos, qui nondum per ætatem intelligere queunt quibus ſint orbati parentibus: eorum vero &c. -- Hac autem ſola ratione videmur his gratiam relaturi, ſi nos parentes ipſorum in ſummo precio habeamus. Quos enim magis conſentaneum eſt honorare, quam hic ſepultos - - - Quapropter hos decet exiſtimare feliciſſimos, qui pro rebus maximis & præclariſſimis dimicantes,*

*„ita vitam finierunt, ut neque fortunæ arbitrio ſua committerent, neque mortem ultro ad ſe venientem expectarent, ſed pulcherrimam honeſtiſſimamque eligerent. Nam profecto memoria ipſorum non extinguetur nec ſeneſcet; & honor eorundem ſemper omnibus expetendus erit & prædicandus. Qui quidem ob humanæ naturæ conditionem lugentur ut mortales, laudantur vero & ob virtutem carminibus celebrantur ut immortales. Idcirco ſane publicis ſumtibus ſepeliuntur, & ludi & certamina virium, ſapientiæ & divitiarum in honorem ipſorum celebrantur; quod qui in bello ceciderunt, eodem cum immortalibus honore digni videantur. Ego igitur beatos prædico ipſos mortis cauſa & laudo, ſoloſque hos inter mortales eſſe duco, quos vixiſſe pœnitere non debet.*

§. 2. Honor, quem orationibus funebribus dabant defunctis, vel privatus vel publicus erat. Privatus domi fiebat, quo laudes ejus deprædicabant privata oratione. Publicus autem celebrabatur in *Ceramico*, & plerumque ab ejuſmodi perſona habebatur oratio, quæ a Magiſtratu conſtituebatur,

tur, ut non modo jam, ſed & ſingulis annis laudes eorum diceret, qui in bello obierant, uti *Cicero lib. de Orat.* loquitur: *In populari oratione mos eſt Athenis laudari in concione eos, qui in prælio ſint interfecti: quæ ſic probata eſt, ut eam quotannis, ut ſcis illa die recitari neceſſe ſit.* Primus, qui hujuſmodi orationum funebrium initium fecit: *Pericles* erat, qui eorum laudes, qui in bello *Peloponneſiaco* occubuerant, oratione ornabat. Quidam ut *Plutarchus* docet ad *Solonis* tempora referunt. Ille in *Poplicola* ita ſcribit: Ἀπεδέξατο δὲ τοῦ Οὐαλερίου καὶ τὰς εἰς τὸν συνάρχοντα τιμὰς, αἷς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐκόσμησε. Καὶ λόγον ἐπ᾽ αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον. Ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη, καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν, ἐξ ἐκείνου τελευτήσασιν, ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. Λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνον γενέσθαι πρεσβύτερον Εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ Ῥήτωρ ἱστόρηκεν. id eſt. *Gratus etiam ad populum honos collegæ habitus fuit quo exequias ejus & funus decoravit Valerius: in cujus laudem orationem funebrem habuit, quæ uſque adeo placuit populo Ro-*

*man-*

*mano, tamque fuit probata, ut hujus exemplo præclari & inſignes viri omnes vita functi a præſtantiſſimis laudentur. Perhibent etiam hanc laudationem orationibus funebribus fuiſſe Græcorum vetuſtiorem: niſi ſane hujus quoque rei auctor fuit, ut Anaximenes Orator ſcriptum reliquit, Solon.*

§. 3. Quandoque etiam ad ſepulcra *ludi & ſpectacula* inſtituebantur, ſi ſcil. Heroës & magnæ dignitatis viri ſepelirentur. Cujus rei fidem facit nobis *Homer. Odyſſ.* 24. ubi deſcribit *Achillis* funus:

Μήτηρ δ' αἰτήσασα θεοὺς περικαλλέ' ἄεθλα,
Θῆκε μέσῳ ἐν ἀγῶνι ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν.

*Mater autem tua, Diis rogatis perpulcra certamina*
*Propoſuit medio in cœtu optimis Achivorum.*

Et *Lucian. de Luctu*: Καί τοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν. *Sunt vero qui ludos quoque conſtituant ad ſepulcrum.* Unde manaſſe videtur ille deteſtandus mos, quo gladiatorum multa paria ad rogum admittebant. Teſtatur hoc *Sueton. in Tiber. c.* 7. qui ait, hunc Imperatorem munera gladiatoria in

patri; & avi defunctorem memoriam dec
diſſe. *Archemorus* quoque fato functus poſt
mortem pugilum pugna honoratus eſt im
nuente *Statio Thebaid.* 6. his verbis *pag. m.*
518.

*Sunt & qui nudo ſubeant concurrere ferro.*

Ita *Pyrrhus* Epirotarum Monarcha & Princeps, cum *luſus funebres defuncto filio celebraret*, *gladiatorum pugnas exhibuit* *Plutarchus in vita Pyrrhi.* Sic gladiatorum ſanguine & cædibus *Marcus* & *Decimus* filii *Bruti* funebri memoria patris cineres honorarunt; *Valer. Maxim. lib.* 1 1 *c.* 1. Scipio, *Liv. lib.* 8. Tiberius apud *Tranquill. cap.* 7. Marcus & Verus &c. De ludis funebr. *Liv.* 4. *Decad. l.* 9. ita: *Et ludi funebres per triduum facti*; & *Decad* ejuſd *l.* 1. *Ludi funebres eo anno per quatriduum in foro matris M. Valerii Levini cauſa a P. & M. filiis ejus facti.* De Græcis tradit *Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib.* 3. *c.* 7. *pag. m.* 647. -- *& ludos funebres, plerumque gladiatorios, muneraque, Græcis gymnica certamina & equeſtria, in defuncti memoriam populo dari ſervatum eſt.* vid. *Tiraquell.* not. ad hunc

M lo-

locum. confer *Chryſanth. Solar. Pentateuch. mort. lib. 5. fol. m.* 420.

§. 4. His peractis domum redibant animæ rationem non habentes, licet Rex & Princeps fuerit, quorum animas in cœlum tranſvectas ſibi imaginabantur (ὀχῶδες) ſuper *alas aquilinas*; quare illas pictura *Aquilæ* honorabant. Sic Romæ cum Imperatoris cadaver combureretur, *aquila* in altum ſubvolans emittebatur, & hunc ritum APOTHEOSIN vocabant, quem, ut plenius ritus intelligatur, fuſius deſcribere volumus. Fuit autem *Apotheoſis* conſecratio ſolennis apud Gentiles uſitata, qua bene de Republ. meriti poſt obitum certis ceremoniis in numerum Deorum referebantur; quæ conſuetudo non tantum apud *Romanos*, ſed etiam *Græcos* in uſu fuit. vid. *Edoard. Bar. Herbert de Cherburg de Relig. Gentil. pag. m.* 107. *&* 108. *edit. Amſtel.* 1663. *Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib.* 6. Ritus & ceremoniæ leguntur apud *Flav. Blond. lib.* 2. *de Rom. Triumph. Robortell. lib.* 2. *cap.* 38. *Emend. Bernard. Realin. annotat. in var. Script. loc. c.* 16. e quibus pauca apponemus. (1) Defunctum corpus ritu hominum ſumtuoſo

funere ſepeliunt. Ita *Herodian. lib.* 4. *n.* 2. *pag.* 176. Eſt autem tota urbe quaſi luctus quidam feſtæ celebritati promiſcuus; quippe ſunctum corpus vita ritu hominum ſumtuoſo funere ſepeliunt. (2) Ceream imaginem defuncto ſimillimam fingunt, eamque in regiæ veſtibulo proponunt, & quidem ſupra eburneum lectum maximum atque ſublimem. (3) Porro pyram in tabernaculi formam conſtruebant, *aquila* cum omnium Deorum aggeſtu in ſummo culmine locata. (4) Nobiliſſimi ac lectiſſimi juves equeſtris ſenatoriique ordinis lectum humeris ferentes deportabant, ubi Magiſtratus Romani imperium deponere conſueverant, hymnos ac pæanas canebant, lamentabili carmine modulantes. (5) Exinde lectum extra urbem in campum Martium deferebant ad exſtructam illam pyram. (6) Lecto in tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus herbaſque ſuccoſque omnes odoratos conquirebant & acervatim effundebant. (7) Incendebatur pyra, ubi cum aſcendente flamma AQUILA in altum ſubvolans emittebatur, quæ credebatur PRINCIPIS ANIMAM DEFERRE IN COELUM.

Quo

Quo facto talis inter Divos relatus pro Deo colebatur. *Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 4. Genial. dier.* conſ. *Pfeiffer. antiq. Gr. e. lib. 4. c. 59. pag. 767.*

---

# CAPUT XIX.

## DE LUSTRATIONE DOMUS FUNESTÆ.

§. I.

APud multos Scriptores crebra *Luſtrationum* & Expiationum fit mentio: igitur de his pauca hic trademus. Initio certum eſt, quod non privati tantum homines, verum etiam integræ civitates crederentur pollui; unde *Luſtratio* ſeu *Expiatio*, partim ad ſingulos, partim ad univerſos ſe extendebat. Peragebantur autem Luſtrationes circumlatione in orbem: qui rem quampiam luſtrabat, is eam in circum more antiquo ferebat; qui vero luſtrabatur ei certa res circumferebatur. Hinc cir-

*cumferre* pro luſtrare & luſtratione curare uſurpatur. Unde *Plautus*: *Pro larvato te circumferam*, id eſt, purgabo. & *in Amph.* ſcribit: *Quæſo, quin tu iſt hanc jubes pro cerita circumferri.* Adducit *Nonius* verba *Lucilii* e *lib.* 2. *Sat.* *Tum forte omnia ſunt circumlata*, id eſt, *luſtrata, purgata.* Imo *luſtratio* ipſa, ut ait *Servius*, dicta eſt a circumlatione. Inde *Græci*, quod notavit *Turneb. lib.* 13. *Adverſ. cap.* 21. id ipſum dicunt περιαγνίζειν, περικαθαίρειν, περιμάττειν. Quibus adde ex Germ. περιρραίνειν. In omnibus vides περὶ, quæ reſpondet voculæ *circum.*

§. 2. Luſtrabant olim (I) *integrum exercitum.* *Liv.* 38. *cap.* 12. & *cap.* 37. *Principio veris luſtrato exercitu profectus.* *Jul. Cæſ. lib* 8. *Bell. Gallic.* *Legionibus ex omnibus hybernis provocatis ad fines Trevirorum profectus exercitum luſtravit.* *Appian. lib.* 8. Quando apud Romanos exercitus erat luſtrandus, *ſue, ove* & *tauro* in campo Martio luſtrabatur, & armati milites, pedites, equiteſque lauro coronati ita rem divinam & luſtrale ſacrificium faciebant ſub dio. Et hoc inſtitutum erat a *Servio* Romanorum Rege. *Liv. lib.* 1. *c.* 44.

*Dionyſ.*

*Dionyſ. lib.*4.*c.* 26. Id notandum, quod exercitus luſtratio fieret, antequam iniretur prælium. *Dio lib.* 47. *Plutarch. in vit. Brut. pag.* 1001. Non putabatur enim feliciter pugnare exercitum poſſe, niſi is primum ſolenni ritu fuiſſet luſtratus. (II.) *Claſsem* quoque luſtrare ſolebant. *Liv.* 36. *cap.* 42. *Luſtrata claſſe altum petit.* quem morem explicat *Appian. Alexandrin. Altaria duo ſtant in extremo littore, undis ei affluentibus. Naves plenæ claſſiariis circumſtant cum altiſſimo ſilentio, Sacrifici in mari ſtantes mactant victimas, moxque in ſcaphis ter circum claſſem luſtramina circumferunt navigantibus & ducibus comprecantibus, ut ea luſtratione a claſſe omnia avertantur infauſta.* (III) Luſtrabant quoque *agros* & *ſegetes.* Formula in hiſce luſtrationibus uſurpata deſcribitur a *Catone in lib. de Re ruſtic. cap.* 142. Sacra hæc vocabantur AMBARVALIA, quod, ut *Servius ad Eclog.* 3. *Virgil.* notat, *victima ambiat arva.* Sacra iſthæc fiebant a XII. Fratribus, qui dicebantur AMBARVALES. Et *Ambarvalis* hoſtia eſt, quæ rei divinæ cauſa circum arva ducebatur ab iis, qui pro frugibus faciunt. Fiebat autem ſacrum iſtud

hoc modo: Victimas, *Suem* videlicet, *Ovem* & *Taurum*, unde SUOVETAURILIA ſacrum iſtud dicebatur, maturis frugibus, ter circum arva ducebant, omneſque poſt clamantes ſequebantur. E quibus unus querna corona coronatus cum ſolenni ſaltatione compoſito carmine *Cereri* decantabat laudes: & poſtquam vino & lacte libaſſent, antequam fruges meterent, porcam *Cereri* immolabant. Ritus hujus deſcriptionem vide in *libro*. 1. *Georg.v*. 343. *uſque ad* 350. *Tibull. lib*. 3. *Eleg*. 1. (IV.) *Urbes* ſolebant luſtrare. *Liv. lib*. 21. *c*. 42. *Jamprimum omnium Urbs luſtrata hoſtiis in orbem circumlatis*. *Polyb. lib*. 4. *pag*. 291. de *Cynathenſibus* & *Mantinenſibus* narrat, quod illi ob horrendam cædem in *Arcadia* commiſſam ab omnibus odio ſint habiti. *Mantinenſes* poſt exitum *Cynathenſium* luſtraverunt ſeſe, & victimas circa urbem & agros circumtulerunt. Sacrificium hoc dicebatur AMBURVALE & AMBURBIUM. (V.) *Domus funeſtas* luſtrabant teſte *Theocrit. Idil*. 24.

Καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
Πρῶτον.
*Puro vero luſtrate domum ſulphure*
*Primum*.

Cui

:ui calculum addit Angl. *Franciſc. Rous in Archæolog. Attic. lib. 5. cap. 34. pag. m. 71. edit. Oxon.* his verbis: *Being come ome, they fell a purging ad luſtrating e houſe with brimſtone.* Lat. *Domum re-erſi illam ſulphure purgabant & luſtra-ānt.*

§. 3. In Luſtrationibus variis utebantur ·bus. (1) Interdum utebantur *Catulo*, uem vel circumferebant, vel corpus ejus altem tangebant, & ritus iſte, qui circa orpus obſervabatur, uno verbo dicebatur κολοσκυλακισμός. vid. *Jacob. Geuſ. de Victim. um. pag. mih.* 104. (2) Interdum *Porcel-um* adhibebant. *Scholiaſt. Ariſtophan.* & *uid.* in voce καθάρσιος. porcello mactato ſtratæ etiam fuerunt conciones, id eſt, to-s populus. Nam ut e Græcis conſtat uctoribus, circumferebatur talis porcu-s circum totam concionem, tum preces in-ituebantur, & ſic orator habebat oratio-em. Interdum *rebus inanimatis* utebanur, quam conſuetudinem deſcribit *Clau-ian. Paneg.* in ſextum *Honorii* Conſula-um:

*Luſtralem ſic triſte facem; cui lumen o-dorum*

*Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fu[...]
mat.*
*Circum membra rotat doctus purgand[...]
Sacerdos*
*Rore pio ſpargens, & dira fugantib[...]
herbis*
*Numina, terrificumque Jovem, Tr[...]
viamque precatus*
*Trans caput averſus manibus jaculatur [...]
auſtrum*
*Secum rapturas cantata piacula ta[...]
das.*

Videmus igitur hic ex *Claudiano*, quo[...] *Luſtratio herbis* fuerit peracta Quænam[...] vero iſtæ fuerint herbæ, verbis non expri[...]mit, ſed eas demonſtrat *leg.* 3. §. 3. *ad le[...]gem Cornel. de Sicariis pag.* 1738. *Dige[...] lib.* 48. *tit.* 8. ex *Marciano lib.* 14. *Inſti[...]* Alio Senatusconſulto effectum eſt, ut p[...]gmentarii, ſi cui temere cicutam, ſal[...]mandram, aconitum, pituocampas, a[...]bubroſtim, mandragoram, & id, quo[...] luſtramenti cauſa dederint cantharidas, po[...]na teneatur hujus legis. Hæc *Claudiani* [...] hujus legis loca mirum in modum ſe mut[...] illuſtrare vides. Uſurpabant inſuper ad *l[...]ſtrationem Squillas*: *Lucian. Necyoman[...]*

pa[...]

*pag.* 107. *Chryſoſt. Orat.* 48. *Clem. Alexandr.* 7. *Strom. Theophraſt.* Et hic *Charact. de Superſtit. pag.* 49. *Scholiaſt. Theocrit. in Thyaſin. Joh. Tzetz. hiſtor. Chil. V. c.* 23. Branchia olivæ; *Virgilius lib.* 6. *Æneid.* Ramum ficulneum; *Hipponax & Tzetz.* Roſmarinum; *Virgil. Georg. lib.* 11. Laurum; uti *Plin. lib.* 15. *cap.* 30. *natur. hiſtor. Juvenal. Clem. Alexandr. in Protreptic. Suidas, Feſtus, Heſychius teſtantur.* Ovum; *Apulej. lib. XI. Ovid. lib.* 11. *de Arte amandi. Lucian. Catap. pag.* 62. Sal; *Tibull.* 3. *Eleg.* 4. *Valer. Flacc. Argonaut. lib.* 3. *verſ.* 420. *Theocrit. Idyl.* 24. Vinum; *Martial. Epig.* 5. Aquam; *Propert. Stat. lib.* 9. *Thebaid. Perſ. Satyr.* 2. *Ovid. lib.* 7. *Metamorph. Euripid. Hercul. Fur. Pollux lib.* 8. Sulphur & bitumen; *Apulej. lib. Mit.* 9. *Tibull. lib.* 1. *Elegi.* 5. *Ovid. lib.* 7. *Metamorph.* De luſtrationibus videri poſſunt *Lomejer, de Luſtration. Stuck. de Sacrif. Gentil. fol. m.* 78. 75. *ſeq. de la Cerd. Commentar. in lib.* 6. *Æneid. Spencer. de Luſtrat. Diſſ.* 3. *pag. m.* 156. *& in eum plur. Reverend. Doct. Joh. Henricus Maius in Diſſert. de Luſtrationibus.*

§. 4. Viſis itaque his ad luſtrationem domus

mus funeſtæ pedem movemus & conſideram-mus, quomodo hæc peracta fuerit. Addu-ducere itaque hic lubet in medium & pro-ferre verba Angli ſæpius citati *Franciſc. Rous in Archaeolog. Attic. lib. 5. cap. 34. pag. m.* 271. *Luſtrating themſelves by going through the fire.* Lat. *Seipſos per ignem luſtrantes.* Hic cognoſcimus, quod luſtrave-rint ſe per *ignem* & *flammas.* Hanc luſtra-tionis ſpeciem per *ignem* *Ovid. lib. 7. Metamorph.* innuere videtur:

*Multifidaſque faces in foſſa ſanguinis atra*
*Tingit, & infectas geminis accendit in aris,*
*Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure purgat.*

Et Romanis olim ſolenne erat, ut, cum *funere*, quod proſecuti fuerant, redirent, ſe accenſo igne luſtrarent teſte *Feſto*, qui ita ſcribit: *Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua adſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.* Alias etiam antiqui rogum amici defuncti *ter* cir-cuibant, circumcurrebant & luſtrabant: ſicut *Virgilius* in *Pallantis* exequiis de *Trojanis* teſtatur *lib. XI. Æneid.*

Ti

*Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis*
*Decurrere rogos ; ter mœſtum funeris ignem*
*Luſtravere in equis, ululatuſque ore dederunt.*

Confer *de la Cerd. Comment. in hunc locum Fol. m.* 570. Adjicitur etiam *Valer. Flacc. in Argonaut. lib.* 3. *verſ.* 347, 348. 349. *Lyranus* ſuo tempore purificationem per *ignem* in uſu fuiſſe apud Tartaros ſcribit: *Ideo*, inquit, *extranei venientes ad præſentiam Imperatoris tranſeunt inter ignes factos hinc & inde , ut ſic purificati appareant coram ipſo.* Ita etiam non negandum, quod *aqua luſtrali* ſe purgaverint, uti *Euripid. in Herc. fur. v.* 923. teſtatur. Sed de his fuſe egerunt *Stuckius* cit. loc. & *Spencerus* aliique, quos evolvere benevolus Lector velit, rogamus.

CA-

# CAPUT XX.
## DE
# EPULIS
## FUNEBRIBUS.

§. 1.

DEnique poſt ſepulturam rite peracta[m] PARENTALIA, hoc eſt, epul[ae] funebres fieri conſueverunt. Ut autem ordine procedamus, primo de nominibu[s] deinde de exemplis dicemus. Nomen ma[xi]xime commune, quo feralis cœna ab ali[is] appellatur, eſt περίδειπνον. *Suidas*: Περί[δειπνον] δεῖπνον τῶν νεκρῶν, ἢ τοῦτο ἐδείπνουν τὸ ἀ[...] λικὸν περίδειπνον. *Pollux*: Περίδειπνον [...] ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν ἑστίασις. ideſt, *epulum* [...] *quod ob defunctos celebratur*. *Budæus* e[x] *Luciano*: Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον, [...] πάρεισιν οἱ προσήκοντες, ἢ τοὺς γονέας παρα[...] μυθοῦνται τοῦ τετελευτηκότος. *In omnibu[s] his eſt parentale epulum: & adſunt pro[...] pinqui, qui parentes conſolantur ob de[...] functum.* Ad hanc vocem alluſit Græcu[s]

Interpres 2. *Sam.* 3. ubi ſic ſcriptum eſt: *Secuti ſunt Regem Davidem poſt Abneris exequias*, τȣ̃ περιδειπνήσειν, id eſt, *funebre convivium agitandi cauſa.* Appellatur etiam δαῖς ἐπιτάφιος, *epulum ſepulchrale.* De his aliiſque nominibus pluribus videndus *Guilielmus Stuck. lib.* 1. *antiquit. Convival. fol. m.* 78. *edit. Tigurin.* ubi ἐναγίσματα, τριακοντάδες, ταρχήματα vocantur.

§. 2. Exempla ſi deſideramus, multa præſto ſunt. *Achilles* igitur in honorem *Patrocli* demortui ſplendidiſſimum convivium apparari curavit, quod *Homerus* his verbis deſcribit *Iliad.* ψ. ſtatim ab initio *fol. m.* 262.

Καδ δ' ἵζον παρὰ νηὶ ποδώκεος Αἰακίδαο
Μυρίοι· αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ.
Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ
Σφαζόμενοι, πολλοὶ δ' ὄιες, καὶ μηκάδες αἶγες,
Πολλοὶ δ' ἀργιόδοντες ὕες θαλέθοντες ἀλοιφῇ
Εὑόμενοι τανύοντο διὰ φλογὸς Ἡφαίστοιο.
Πάντη δ' ἀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔρρεεν αἷμα.

Quæ

Quæ verba ex verſione Sebaſtian. Caſtali-
nis ita Latina reddita ſunt:

*Diſcubuerunt apud navem velocipeda*
*Æacidæ*
*Infiniti: at hic illis cœnam lautam pr-*
*buit.*
*Multi quidem boves albi extenſi ſu-*
*ſeorſum ferro*
*Mactati: multæ autem oves & balan-*
*tes capræ:*
*Multi autem albis dentibus ſues florent-*
*pinguedine*
*Uſti tendebantur per flammam ignis.*
*Undique autem circa cadaver multus fl-*
*ebat ſanguis.*

De epuli hujuſce funebris magnificent-
ſic diſſerit *Euſtath. pag.* 1393. Notandu-
eſt hic, *Homerum* in ſepulchri, id eſt ſ-
pulchralis hujuſce convivii apparatu eade-
fere commemorare, quæ nuptiali feſtivit-
ti publicæque panegyri conveniunt. O-
ſervandum præterea eadem, quæ hic
funebri iſto epulo narrantur, nequaqua-
convenire priſcæ illorum heroum εὐτελε-
καὶ ἀφελείᾳ, id eſt, frugalitati atque t-
nuitati, verum ſepulchrale hoc epulum ip-
perſonis eſſe accommodatum. *Achil-*
enim

ɪim, qui Græcorum facile fuit Princeps, lud in *Patrocli*, quem quidem ſingulari nore fuerat proſecutus, honorem curavit lebrari. Et tamen hæc ipſa epuli hujuſce agnificentia, ſi cum illorum temporum agnificentia conferatur, quæ *Homerum* ıerunt conſecuta, pro minimo reputabiır. Nam ut auctor Dipnoſophiſtarum, æter alia, quæ ab illo commemorantur ſtis eſt, Perſarum Regi mille quotidie victimæ mactabantur. Hæ autem non erant ræca Chiliombe, ſed, ut idem inquit, qui, cameli, boves, aſini, cervi, plumæ oves. Præterea omnis generis aves, ruthiones Arabici, anſeres, galli gallinai, quorum tamen eduliorum maxima ırs ſatellitibus impertiebatur, & in illoım uſum cedebat. Hæc *Euſtathius* de oc epulo funebri, quod in *Patrocli* obiım celebratum fuit. Aliud quoque *Heoris* epulum ſepulchrale ab eodem Poëta s verbis deſcribitur in fin. *Iliad.* ı. *fol.* 292.

Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα πάλιν κίον. Αὐτὰρ ἔπειτα

Εὖ συναγειρόμενοι δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα

Δώ-

Δώμασιν ἐν Πριάμοιο - -

hoc eſt,

*Aggeſto autem tumulo redibant: ac dei*
*inde*
*Bene collecti convivabantur valde ſplen*
*didum convivium*
*Ædibus in Priami - -*

*Apollonius* quoque in ſuis Argonautic
magnificum deſcribit epulum funebre, ſiv
ſacrificium quod *Argonautæ* propter *Ida*
*mona* mortuum celebrarunt. Ejus verba *li*
2. hæc ſunt:

Ἤματα δὲ τρία πάντα γόων· ἑτέρῳ δέ μι
ἤδη
Τάρχυον· (ταρχέυειν & ταρχύειν Euſtatl
idem quod
ἐνταφιάζειν μετὰ συνήθους ταρίχου) μεγ
γαλωστί· (με-
γαλοπρεπῶς Interpreti) συνεκτερέϊζε δὲ λαο
Αὐτῷ ὁμοῦ βασιλῆϊ Λύκῳ. Παρὰ δ' ἄσπε
τα μῆλα
Ἡ θέμις οἰχομένοισι, ταφήϊα λαιμοτόμη
σαν.

Triduo ergo poſt obitum defuncti, ut
hinc apparet, & *Sardus* teſtatur *lib.* 1. *d*
*Moribus gentium.* Græci apparabant cœ
nam neceſſariis, qui coronati lugentes ac
hort

ortabantur, ut cibum caperent, quod uidem ipſi cunctanter faciebant, ne poſt hariſſimorum mortem vitam exoptare vi-erentur. Quare & ſæpius cibum recuſat *Achilles* apud *Homerum* interfecto *Patro-o.* Idem auctor *Apollonius* alterius quo-ue ſacrificii meminit, quod ad *Dolopis* qui *Mercurii* filius fuit) ſepulcrum cele-ratum fuit *lib.* 1 *n.* 23.

§. 3. Conviviorum quoque funebrium pud alios quoque auctores Græcos crebra modum fit mentio. *Athen. lib.* 7. *Hege-ndri* Poëtæ citat teſtimonium, apud uem coquus quidam jactabundus hoc mo-o inducitur loquens: Ὅταν ἐν περιδείπνῳ γχάνω διακονῶν, ἐπὰν τάχιϛ᾽ ἔλθωσιν ἐκ ῆς ἐκφορᾶς. *quando forte miniſtro in fune-i cœna, cum celerrime ex funere redierint.* em *lib.* 8. meminit *Dioclis* cujuſdam opſo-agi: qui cum uxori ſuæ defunctæ περίδει-ον celebraſſet, multum ſimul cum fletu pſonii devoravit. id quod illi *Theocritus* hius Poëta his verbis exprobravit:

Παῦσαι κλαίων ὦ πονηρέ. οὐδὲν γὰρ πλέον
ὀψοφαγῶν ποιήσεις.

*Noli flere, o improbe: nihil enim obſo-
nia comedendo proficies.*

Athe-

Athenis per funeris præfectos epulum ap[…] defuncti neceſſarios dari conſueviſſe, teſ[…] eſt *Alexander ab Alexandro. Maſſilie[…] ſes* inter Gallos olim eruditiſſimi, ut p[…] te a Græcis oriundi, eodem die, quo fun[…] eſſet elatum, domeſtico ſacrificio adhibi[…] neceſſariorum & cognatorum convivio […] lebrato luctum finire conſueverunt teſte […] *dem. Laurentius Rhodomannus Periocha.* n[…] *Homeri*. v. ult.

Ὕστατον ἀμφὶ τάφῳ πολυκυδέα δαῖτα δ[…] σαντο.

*Funebriſque epuli peragunt ſolemnia T[…] cri.*

Et *Demoſthenes Orat. de Corona, fol m.* 5[…] Καὶ οὐχ ὁ μὲν δῆμος οὕτος, οἱ δὲ τῶν τετελ[…] τηκότων πατέρες, καὶ ἀδελφοὶ ὑπὸ τοῦ δ[…] τότε αἱρεθέντες ἐπὶ τὰς ταφὰς, ἄλλως π[…] Ἀλλὰ δέον ποιεῖν αὐτοὺς τὸ περίδειπνον ὡς π[…] οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων, ὥσπερ τα[…] εἴωθε γίγνεσθαι, τοῦτ᾽ ἐποίησαν παρ᾽ ἐμοί. Ει[…] τως. *Neque vero cum populus ſic egiſſet,* […] *functorum patres & fratres, tum a pop*[…] *ad curandum ſepulturam delecti, eger*[…] *aliter: ſed cum eos epulum funebre præb*[…] *oporteret, id præbuerunt apud me tanqu*[…] *conjunctiſſimum defunctis, ſicut catera*[…]

l[…]

*ſent fieri: nec injuria.* Itemque *Lucianus* de Luctu *pag.* 795. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τοῦ τετελευτηκότος, ἢ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί' οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας. *Poſt hæc omnia, ſupereſt exſequialis cœna, tumque adſunt neceſſarii, ut defuncti parentes conſolentur, ſuadentque ut cibum capiant, quanquam illi per Jovem non illibenter ad hoc compellantur, quippe perpetuum jam triduum enecti fame.*

§. 4. *Julius Pollux in lib.* 8. *Onomaſtic.* c. 7. Ἡ δὲ, inquit, ἐπὶ τῷ πένθει σύνοδος, περίδειπνον. *Congregatio quæ fit in luctu,* poſt ſepulturam ſcil. PARENTALIA *dicuntur.* Parentalia autem teſte *Thom. de* *T. Quercu* erant *Feaſts or banquets made at the funerals. Of Fathers, mothers or other Anteceſtors;* hinc dies parentales, *days on which Offerings and Solemnities are kept for our dead Parents.* Lat. *Feſta vel convivia feralia ſpeciatim in mortibus parentum vel aliorum propinquorum; hinc dies parentales, quibus oblationes & ſolemnitates celebrabantur in honorem defun-*

*ctorum parentum. Guilielm. Stuck. in ant: quit. convival lib.* 1. *fol. m.* 79. *edit. Tigr:* ita diſſerit de his hoc modo: *Parentalia di: cuntur cum univerſa officia feralia ſeu inf: rialia, ut ab Apulejo nominantur, tum ſpe: ciatim convivia, quæ in parentum aut pr: pinquorum mortibus fieri conſueverunt,* *teſtis eſt Perottus in Cornucopiæ.* Et qui hoc officii genus juſte exhiberetur, *ju:* quoque appellabantur. *Hieronym. in ca: XVI. Jerem. verſ.* 5. *Tom.* 4. Moris autec fuit lugentibus ferre cibos: & præpara: convivium, quod Græci περίδειπνον v: cant; & a nôſtris vulgò appellantur PA: RENTALIA, eò quod parentibus *Ju:* celebrentur. Et in *IX. Oſeæ verſ.* 4. *Tom* Lugentium cœnas Græci νεκρόδειπνα v: cant, nos parentalia poſſumus dicere, eo, quod parentibus mortuis immolare: tur. conf. *Martin. Lexic. Etymol. in v: Parental.* Propriè autem illud funebre co: vivium SILICERNIUM appellatu: quod potiſſimum ſenibus exhiberetu: quaſi qui jam ſilices ſuorum ſepulchrort: cernerent. *Silicernium*, inquit *Donatu: cœna eſt, quæ infertur Diis manibus,* : *quod eam ſilentes cernant umbræ, id eſt u:*

*l:*

*bræ poſſideant: vel quod, qui inferunt, cernant, ſed non deguſtent: Nam de his, qui libantur inferis, quiſquis ederit, aut biberit, funeſtabatur. Nonius* ſilicernium dicit eſſe convivium, quod apud veteres exhiberi ſolebat dictum, quod cum ſilentio edentes cernerentur, vel propter defuncti memoriam, vel quod cogitarent, ſe mox illum ſecuturos, quapropter abeuntes è convivio, veluti ſe amplius non viſuri mutuò ſe ſalutabant. *Varro: Funus executi laute ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus, id eſt, convivium, in quo pranſi diſcedentes dicimus alii aliis* VALE. *Cæcilius:*

*Credidi me ſilicernium ejus eſſe eſurum.*

*Silicernium* quoque *Terentius* ſenem vocat atque decrepitum, hoc eſt, dignum, vel cui *ſilicernium* fiat, vel qui ad ſilicernium vocetur. *Donatus* dicit, *ſilicernium* eſſe ſenem, qui jam jamque ſilentibus umbriſque ſit cernendus: nec putat, ſilicernium dici ſenem, quaſi qui ſilicem cernendo ſit incurvus: at *Placiades* id probat ſilicerniique vocabulum inde deducit, quod hanc etymon *Beroaldus* in ſuis ad Apulejum commentariis *lib.* 4. probat. De *Silicerniis*

videantur *Johannis Doughtæi analecta ſacri* *pag. m.* 270. *edit. Amſtel.* 1694. *Martin* *Lexicon. Etymolog. in voce Thom. de SS* *Quercu* ita ſcribit : *Silicernium a funera* *banquet, alſo a certain pudding eaten on* *ly at funerals*; Lat. *Epulum funebre, nec* *non quoddam genus farciminis, quod in fu* *neribus ſolummodo comedi conſueverat*. De rivatque a *Ceſnas* id quod cœnas, vetere dicebant; inde *Siliceſnium* poſtea *Silicerni* *um*, hoc *Scalig. in Feſt.* forte a *Silex* & *cœ* *na*, ſic enim *Servius* notat has epulas i veterum funeribus ſupra ſilicem poſitas; quæ, peractis ſacrificiis, ſenibus daban tur, ut ſe cito morituros cognoſcerent.

§. 5. *Feſtus* de V. S. *Silicernium dicitu* *cœna funebris, quam alio nomine exequium* *Scriptores vocant.* *Sextus Pompejus* Sili cernium ex *Verrio* dici oſtendit, quia cuju nomine ea res inſtituebatur, is jam ſilen tium cerneret. Etenim & alio ſignifica tu *Silicernium* erat genus farciminis, qu fletu familia purgabatur teſte *Feſto*. Et Ar nobio *lib.* 7. *adverſ. gentes*, qui ita verb facit: *Quid inquam ſibi hæc volunt, ape* *xabo, iſicia, ſilicernia, longano? quæ ſun* *nomina & farciminum genera, hirquin* *ali*

*alia ſanguine, cominutis, alia inculcata pulmonibus?* Sed notandum, has epulas exequiales, quas *parentalia* diximus, alias fuiſſe ab aliis epulis vel ſacrificiis. Illa enim fiebant ad ſepulcrum; hæc in domo lugentium. Unde *Tertullian. de Reſurrectione carnis cap.* 1. *Defunctis*, inquit, *parentant, & quidem impenſiſſimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus eſculentorum, ut quos negant ſentire quicquam, etiam deſiderare præſumant. Lib.* item. *de Teſtim. anim. c.* 4. *Vocas porro ſecuros, ſi quando extra portam cum obſoniis & mattæis tibi potius parentans ad buſta recedis, aut a buſtis dilutior redis: & in convivio illorum quaſi præſentibus & circumcumbentibus ſortem ſuam exprobrare non poſſis, debes adulari propter quod lætius vivis.* Et *Gaudentius* 4. *Tract. de Lection. Exod. Parentalia*, ait, *unde malum idololatriæ extulit; caput erroris; nam gulæ ſuæ cauſa primum cæperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipſi comederent: Poſt hæc etiam auſi ſunt ſacrificia eis ſacrilega celebrare, quamvis nec ipſi mortuis ſuis minus ſacrificant parentalia, dum ſuper ſepulcrorum menſas, tremulis manibus vina fundentes*

*ſpiritum balbutiunt.* Plura qui deſiderat: evolvat *Pfeiffer antiquit. Græc. lib.* 4. *c.* 59 *pag. m.* 765. 766.

§. 6. Porro in *Parentalibus* ut *Gyraldus* docet, fabas & lentes aſſumere moris fuit, ſicut in pervigiliis cicer, & ad ferales cœnas, lenteſque & offas ad ſepulcra eorum ferre, quibus parentare jus erat, quæ & feralia à ferendis epulis dicta putantur, ut ait *Feſtus*, ſeu à feriendis pecudibus, quas in defunctorum ſepulcris ſuper nudo ſilice apponebant. Faba itaque putabatur ad mortuos pertinere teſte Angl. doctiſſimo *Jac. Windet in tract. de Vita functor. ſtatu. edit. Londin.* 1663. *pag. m.* 35. *in 4to* nam & noctu Lemuribus jaciebatur larvis & Parentalibus adhibebatur ſacrificiis, ut *Varro* & *Feſtus* referunt; nec *Ovidius* omiſit in *Faſtis lib.* 5. Hinc ubi &c. Sic enim de celebrante *Lemuria.*

*Cumque manus purè fontanâ perluit undâ*
*Vertitur, & nigras accipit ore fabas:*
*Averſuſque jacit: ſed dum jacit, hæc ego mitto*
*His inquam redimo meque meoſque fabis*

Hæc

*Hæc novies dicit nec reſpicit, umbra putatur*
*Colligere & nullo terga vidente ſequi.*

Sed & *Hebræos* Legumen, lugentium cibum vocare conſtat ex *R. Eleaſar cap.* 35. Legumen eſt cibus luctus ac doloris, ex quo *Ainſworth. fol. mih.* 97. hæc profert: *Lentils were wont to be eaten of men in their ſorrow and mourning.* Lat. *Homines antiquitus in mœſtitia & luctu lentibus veſci ſolebant.* Audiamus etiam *Zenorennam* uti *B. D. Geier. cap. VI. pag. m.* 163. *de Luctu Ebræorum* refert, qui ita ſcribit: Darumb kocht man Linſen/ wenn einer ſtirbt/ gleich als eine Linſz/ die iſt keulicht (kugelicht) alſo iſt auch der Todt/ gehet herumb/ und weiget ſich von einem Menſchen zum andern Menſchen. plur. vid. cit. loc. pag. ſeq. Atque inde fortaſſe ad Gentes tranſiit mos iſte SILICERNIA legumine (fabaceo præſertim) inſtituendi. vid. cit. *Jacob Windet. pag. m.* 36. conf. *Gulielm. Stuckius antiquit. convival. lib.* 1 *fol mih.* 80. *edit. Tigur.* ubi plura. Ita in epulis funebribus albis utebantur veſtibus. Argivi ex Græcis in funeribus albis veſtibus,

ablutis aqua teſte *Socrate* inducebantur. Et hæc de epulis funebribus dicta ſunto.

## CAPUT XXI.

## DE MORTUIS NON MALEDICENDIS ET SEPULCRORUM SANCTITATE.

§. I.

ERat etiam adhuc alius honor, quo afficiebantur mortui poſt omnes exequiarum ceremonias, ut memoria apud poſteros eſſet glorioſa. Quo in genere quidem non parum faciebat, quod mortuis maledicere nemini liceret: idque ex lege *Solonis*, qui ſeverè hoc interdixit, quemadmodum de eo teſtatur *Plutarchus in ipſius vita* his verbis: *Commendatur item ex Solonis, quæ maledicta vetat in defunctos*

*ctos congerere. Eſt enim putare eos, qui deceſſerunt, ſanctos, pium: Abſtinere ab iis, qui non exſtant, juſtum, & civile odii tollere æternitatem.* Ipſius quoque *Solonis* legis meminit *Demoſthenes orat. adverſ. Leptin.* Κακεῖνο τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμον Σολωνός ἐστὶ, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνηκότα μηδ' ἂν ὑπὸ τοῦ ἐκείνου τί τις ἀκούῃ παίδων: *Illa etiam Solonis lex eſt è laudatarum numero: Mortuo nemini maledicendum, etſi quis a liberis ejus inceſſatur maledictis.*

§. 2. Præterea dabatur in eum, qui contra hanc legem commiſiſſet, ἔνδειξις, *actio* ſeu *accuſatio.* vid. *Suid.* in voce ἔνδειξις. In ſpecie vero ſingulis annis defunctorum recolebatur memoria, & apud Romanos peculiari fiebat menſe, qui erat *Februarius.* Februa etenim apud Romanos dicta ſunt defunctorum piamina, quod *Sabinorum* lingua februum purgamentum ſignificaret: vel ut alii volunt, a femore, quoniam adolendo & flammis ferventibus fierent. Unde & *Februarius* menſis nomen invenit a februando, eo enim menſe populus februabatur, id eſt, purgabatur. Nam per dies duodecim continuos februa cele-

brabantur pro defunctorum Manibus, hiſſque diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis ſacrificiiſque circa ſepulcra accenſis facibus intentus erat. *Plutarchus* in Qq. Romanis cauſas ſimul adducit hujus ritus, dum ita ſcribit: *Cur cum reliqui Romani Februario menſe mortuis parentarint, D. Brutus ut Cicero narrat, menſe Decembri hoc egit. - - An quemadmodum, inquit, ſub menſis & diei finem ſolent vulgo mortuis juſta perſolvere, ita rationi conſentaneum eſt etiam ultimo menſe & anno deſinente id fieri. Ultimus autem menſium eſt December. An quia Diis Manibus iſti honores habentur, quos venerari tempeſtivum eſt, omnibus fructibus tam perfectis? Aut quia tunc potiſſimum mentio inferorum eſt facienda, cum appetente ſatione terra incipit moveri? aut quia Saturno Romanis eſt hic menſis conſecratus, quem in Manibus jam ſuperis Diis cenſent. Aut cum Saturnalia ſint inſtituta feſtivitas facilè maxima, & in qua conviviorum oblectationiſque plurimum uſurparetur, horum quoque primitias quaſdam mortuis tribuere placuit?* Ita etiam *Novendialia* & *Denicalia* celebrârunt, de qui-

quibus *Guilielm. Stuck. antiquit. Convival. ſol. m.* 81. *lib.* 1. *edit. Tigur. D. Quenſted. tract. de Sepultura veterum pag. m.* 139. *ſeq.*

§. 3. Quanta religione erga defunctos ſuos eorumque tumulos ſeu conditoria gens quælibet per Orbem humanum ducta fuerit, hiſtoriæ docent non tantum, ſed & vaſta LL. volumina. *Tholoſanus lib.* 33. *Syntagm. Jur. Univerſ. cap.* 22. *n.* 29. inquit: *Sepulcrorum magna viſa fuit antiquitus religio, ut de illis non minus, imo magis, quam de habitatione, quamdiu vixerint, ſoliciti fuerint, & caverint, ne ullo modo polluerentur, etiam extraneorum ſepultura, ut neque ex gente ſua ſceleſtos paterentur ſepulcris ſuis condi. Veluti Octavianus Cæſar non paſſus in ſuo Juliam, ſtupris diffamatam poni, quamvis ei teſtamento legaverit.* Res hæc nota eſt è *Suetonio* in vita *Octavii Auguſti* & *Dione Caſſio lib.* 56. *Beſold. conſid. polit. vit. & Mort. lib.* 3. *c.* 1. In pari religione, ait, fuiſſe corporis ſepulcrum & ſepulcrum animæ corpus. Sanctitatem ſepulcris adſignat *Cicero lib.* 4. *de Republ.* apud *Nonium* & *Philip. IX. Sacra* vero vocat *Catullus. Sacra-*

*tos morte lapides. Quintil. declam.* 10. Aggeres conſecratos. Propriè tamen *Religioſa* dicebantur Sepulcra, *Sacra* & *Sancta* ſecundum ſimilitudinem. Hinc violatio ſepulcrorum religionis ſummum crimen habebatur. *Sepulcra violari, cineresque eorum diſſipari, ſceleratiſſimum omnium putabant,* inquit, *Turneb. Adverſar. lib. XIV. cap.* 21. Lapidem de ſepulcro movere, terram evertere & ceſpitem evellere, proximum ſacrilegio majores noſtri ſemper habuerunt ait *Imperator Julian. Itaque violatio ſepulcrorum & ſepultorum rerumque quæ horum ſunt, ad crimen ſacrilegii pertinere videtur,* inquit, *Tholoſan.* conferatur de his *D. Quenſted. de Sepulturæ Veterum pag. m.* 135. *ſeq.* ubi plura.

§. 4. Pariter apud Græcos ſepulcrorum erat quædam ſanctitas & religio, ſicut non facile poſſent violari. *Phocyl. v.* 95. *Nuthet.*

> Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα
> Δείξῃ ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον ὄρσῃς.
> *Nec tumulum mortuorum refodias, neque non aſpectabilia*
> *Soli monſtres, divinamque iram accerſas.*

Euripid. in Phœniſſ:

Κακεῖνο

Κἀκεῖνο κέκριται μὴ ἐφυβρίζεσθαι νεκρούς.

*Et illud ſtatutum, ne quis violet mortuos.*

Unde *Solon* apud *Plutarchum* in genere cavit: *Ne quis alienus ad monumentum alterius accederet, niſi dum exſequias iret.* Ne ſcil. talis aliquo modo Deos Manes laceſſeret, aut malo carmine terram gravem imprecaretur. In ſpecie laudat hanc *Solonis* legem *Cicero lib.* 2. *de LL. De ſepulcris autem*, inquit, *nihil eſt apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat: pœnaque eſt, ſi quis buſtum, aut monumentum aut columnam violârit, dejecerit, fregerit.* In *Philipp.* 9. idem *Cicero* extollit ſanctitatem ſepulcrorum: *Majores quidem noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis: Sed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: Sepulcrorum autem Sanctitas in ipſo ſolo eſt: quod nulla vi moveri neque deleri poteſt. Atque ut cætera extinguuntur, ſic ſepulcra fiunt ſanctiora vetuſtate.* Ulterius & cauſam reddit *lib.* 1. *Tuſcul. Dii.* cur tantæ religionis habita fuerint ſepulcra: *Itaque unum erat illud inſitum priſcis illis, neque in morte ſemper, neque exceſſu vitæ ſic de-*

*leri hominem, ut funditus interiret: Idque cum multis aliis rebus, tum è Pontificio jure, & ceremonis ſepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis præditi, nec tanta cura coluiſſent, nec violatas tam expiabili religione ſanxiſſent, niſi hæſiſſet in eorum mentibus, mortem non interitum eſſe, omnia tollentem atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem, commutationemque vitæ, quæ in claris viris & fæminis, dux in cœlum ſoleret eſſe: in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen.* Atque ob ſummam hanc religionem, ne accedere quidem inimico ad ſepulcrum licebat. Ut eſt apud *Sophoclem in Ajace v.* 1106. De violatione Sepulc. pœn. videatur *Kirchmannus de funeribus Romanorum pag.* 521. *ſeqq. lib.* 3.

CA-

# CAPUT XXII.

## DE STATU DEFUNCTORUM POST MORTEM.

§. I.

IPſi Græci duas habitationes poſt mortem conſtituerunt, quarum altera ſub *Jove* vitæ præſide: altera ſub Mortis arbitrio, *Summano* ſit. Priorem ſtabili ac luculentâ tranquillitate frui, rebus adminiſtra Amicitia procuratis; alteram dira caligine obnuptam eſſe dicunt, impotente diſſidentium principiorum Lite, ac pugnæ nunquam diremtæ malis exerceri. Ut igitur ordine procedamus, ſciendum eſt, quod ᾅδης Græcis nihil aliud ſit in genere, quam obſcurus, abſconditus & ab omni humano conſortio remotus quidam locus, vel rectius, ſtatus ille, qui excipit mortem, ſive is *refrigerii* & *quietis*, ſive *cruciatuum* ſit

ſit plenus. Hoc ſenſu *Theognis* in ſententii *verſ.* 1007. ſcribit:

Ὡς μάκαρ εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὅστι ἄπειρος
Ἄθλων, εἰς ᾅδου δῶμα μέλαν κατέβη.

*Quam felix, beatus & fortunatus eſt quiſquis ignarus*
*Certaminum, in inferni domum obſcuram deſcenderit.*

Quare *Virgilius ſine ſole domos* dixit, & quæ alia ſunt, quæ adducta videntur apud *Jacob. Windet. pag. m. 6. de Statu vitâ functorum, edit. Londin. 1663. in 4to.* Eit verſu 244. antea citatus auctor ſcribit:

-- ὅταν δνοφεροῖς ὑπὸ κεύθμασι γαίης
Βῇς, πολυκωκύτους εἰς ἀΐδαο δόμους,
Οὐδέ ποτ' οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, οὐδέ γε λήσεις,
Ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα.

-- *Poſtquam tenebroſas ſub latebras terræ*
*Iveris, in ædes luctuoſas inferni,*
*Non unquam neque mortuus amittes gloriam, neque etiam latebis*
*Immarceſſibile ſemper hominibus habens nomen.*

Rurſus verſ. 1119.

Μή

Μή με κακῶν μέμνησθε, πέπονθά γ' οἷά τ' Ὀδυσσεὺς
Ὅς' ἀΐδου μέγα δῶμ' ἤλυθεν ἐξαναδύς.

*Ne me malorum meminiſſe facite : paſſus ſum enim qualia Ulyſſes*
*Qui inferni magnam domum acceſſit, inde regreſſus.*

Ex his conſtat, quod Græci Ἀΐδῃ portas & claves tribuant. Hinc ὑπήλθετε δῶμ' ἀΐδοο. *Odyſſ.* μ. ἐν ἀΐδαο δόμοισιν. *Odyſſ.* δ. ἀΐδαο *Iliad.* ο. Pariter habent *Euripid. Alceſt. Æſchyl. Agamen. Sophocles.* Hinc Pluto clave inſigniri ſolet memorante *Pauſan. Eliac.* 5. Habes *Lethi* portas apud *Lucret.* Januam *Ditis* apud *Virgil.* Enn. in Epitaphio *Africani Scipion*

*Si fas endo plagas cœleſtum ſcandere quiſquam*
*Mi ſolei cœlei maxuma porta patet.*

§. 2. Ἀΐδης igitur Græcis & *Elyſium campum* & *Tartara* denotat, ad quem locum tam divites, quam pauperes abire cogantur, & nihil aliud eſt, quam mors, uti *Phocylides* in carmine *verſ.* 105. refert, cui conſenſum præbet *Plato in Phædon. dialog. de Anima.* Obſervandum autem, quod in *Orci* trivio ſedeant judices, uti memorat

*Plato*

*Plato* in *Gorgia*, a quibus deinceps *du*[illegible] *viæ* tendunt, hæc ad *Beatorum Inſulas*, ill[illegible] ad *Tartarum*, ſic *Diphilus Comicus* apu[illegible] *Clement. Alexandrin. lib.* 5. *Stromatum*:

Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ
Καὶ γὰρ καθ᾽ ἅδην δύο τρίβους νομίζομεν
Μίαν δικαίων, θατέραν ἀσεβῶν εἶναι
Ὅρον. Καὶ εἰ τοὺς δύο καλύψει ἡ γῆ.

*Eſt juſtus oculus, cuncta qui ſolus vi*[illegible]*det.*
*Hinc inferorum ponimus duplicem lo*[illegible]*cum:*
*Hunc deſtinamus impiis, illum piis*
*Uterque quamvis conditus terra latet.*

Verum hic teſte *Jacob. Windet. pag.* [illegible] 44. pro ὁδὸν vulgo ὅρον perperam legitur[illegible] Audiamus etiam hic *Virgilium lib.* 6. *Æ*[illegible]*neid. verſ.* 540. canentem:

*Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit i*[illegible] *ambas:*
*Dextera quæ Ditis magni ſub mœnia ten*[illegible]*dit,*
*Hac iter Elyſium nobis: at læva malo*[illegible]*rum*
*Exercet pœnas & ad impia tartara mit*[illegible]*tit.*

Hanc duplicem viam etiam *Tibullus lib.* 1[illegible] *Eleg* 3. attigit his verbis:

*Se*[illegible]

*Sed me qui facilis tenero ſum ſemper amori*
*Ipſa Venus campos ducet ad Elyſios.*

Et deinde

*At ſcelerata' jacet ſedes in nocte profunda*
*Abdita, quam circum flumina nigra ſonant.*

Putant itaque in ſiniſtra *Tartara*, in dextera autem *Elyſium* eſſe campum; cuique etiam Ductorem addunt, malis *Beelzebub* & Angelos genios carnifices, quos τελχῖνας vocant, etiam ἀλάστορας & παλαμναίους. Piorum vero animas à *Mercurio* viatore ad beatas ſedes deduci affirmant Poëtæ.

§. 3. Trifariam autem partiuntur Græci ἅδην, in *Paradiſum*, *Gehennam ſuperiorem* & *Gehennam inferiorem*. *Qui honeſte & ſancte & juſte vixerunt*, illos in *Paradiſum* abſque ulla luſtratione venire aſſerunt; qui *mediocriter*, in *gehennam ſuperiorem*; qui vero *male*, in *inferiorem gehennam* detrudi. Quam triplicem differentiam etiam agnoſcunt Judæi, de qua re videndus *Jacob. Windet. pag.* 49. 50. *ſeq.* Veteris autem *Paradiſi* ſitus *Græcos* incertos

tos ſententiæ reddidit, qua gentium El[...]
ſium ſuum ſtatuerent. *Heſychius* περὶ Αἴ[...]
γυπτον εἶναι circa Ægyptum eſſe ſtatu[...]
Alii Paradiſum πάρεξ τῆς κεκαυμένης ἀντ[...]
ζον☉ ſub æquatore ſtatuebant, Zona il[...]
torrida mortales excludi credebant. *Clau*[...]
*dianus de Phœnice*, quem Paradiſi inquil[...]
num faciunt:

*- - - plaga defenſus iniqua*

*Poſſidet intactas ægris animalibus oras.*
*Tertullian. Apologetic. pag. 42. edit. Rigal*[...]
*tii* inquit: *Si Paradiſum nominemus, lo*[...]
*cum divinæ amœnitatis recipiendis ſancto*[...]
*rum ſpiritibus deſtinatum; maceria quadam*
(prius legebatur *materia*) *igneæ illius Zon*[...]
*a notitia orbis communis ſegregatum, Ely*[...]
*ſii campi fidem occupaverunt.* Alii uti *Jo*[...]
*ſeph. de bell. Judaic. lib. 2. c. 12. pag. 78*[...]
Gl. de Eſſen. ſcribit: *Animabus bonis*[...]
*cum Græcis conſentientes, ſedes ultra Ocea*[...]
*num paratas oſtendunt, regionem nempe ne*[...]
*imbribus, nec nivibus, nec æſtu nimio gra*[...]
*vatam, ſed quam mitis Zephyrus ab Ocea*[...]
*no ſpirans permulcet.* quæ verbotenus tran[...]
ſcripſit *Homer. Ulyſſ.* 4. vid. *Jac Winde*[...]
*pag. m. 67.* Ubicunque vero Elyſium ſta[...]
tuerint Græci, illud interim non omiſerun[...]

eſt

eſſe ἄβατον, id eſt difficilis admodum acceſſus. Ejus autem rationem a veteri Paradiſo, cujus aditum terribiles Angeli occupabant, ſine dubio duxerunt.

§. 4. Amœnitatem & fertilitatem ipſa vocis origo indicat teſte *Bocharto*, qui *Elyſium* ab עלין aut ſimili voce Punica derivat, quæ ſignificat lætitiam, & variis modis illuſtratur, quia Sol ibi dicitur perpetuò ſplendere uti *Pindar. Olymp. Od.* 11. de beatis:

Ἴσαν δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ
Ἴσα δ' ἐν ἡμέραις ἅλι-
ον ἔχοντες, ἀπονέστερον
Ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν
Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ
Κείναν παρὰ μὲν τιμοῖς
Θεῶν, οἵ τινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις
Ἄδακρυν νέμονται
Αἰῶνα - - -

id eſt,

*Noctu pariter atque interdiu*
*Solem perpetuo habentes*
*boni vitam laboris omnis*

*ex-*

*expertem ſortiuntur :*
*Nec tellurem manuum*
*Opera fatigant, aut*
*marinas aquas, quo*
*tenuem victum comparent*
*ſed inter Deos honoratos*
*qui fidem ſanctè coluerunt*
*ætatem minime lacrymoſam degun*

Confer. *de la Cerdæ Commentar. in lib.* 6 *Æneidos Virgil. fol. m.* 655. ubi lecti plura. Laudantur campi Elyſii ob appara tum arborum ac florum, quod iterum *Pindar. Olymp.* 11. confirmat his ver bis:

- - ἔνθα μακάρων
Νᾶσον ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέουσιν, ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει
τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις.

id eſt,

*- - ubi beatorum*
*Inſulam Marinæ*
*auræ perflant, floreſque*

*aur*

*aurei micant*
*alii quidem ab humo*
*a pulchris arboribus.*
*Aqua autem alios educat*
*quorum monilibus ac*
*corollis manus implicant.*

*Tibullus lib.* 1. *Eleg.* 3. de Elyſiis campis ita canit:

*Fert caſiam non culta ſeges, totoſque per annos*
*Floret odoratis terra benigna roſis.*

Virgilius vocat *lib.* 6. *Æneid.*

*- - amœna vireta*
*Fortunatorum nemorum ſedeſque beatas.*

Nihil itaque frequentius in mentione Elyſii, quam flores, roſæ, amœna omnia. *Pindar. Od.* 2. *Olymp.* Ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει *micant flores aurei. Plutarch.* ex eodem *Pindaro* in opuſculo λάθε βιώσας loquens de Elyſiis:

Φοινικορόδοις ἐν λειμώνεσσι.
*In pratis* (conſitis) *roſis purpureis.*

*Plato* in *Axiocho*: Παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι: *Variis floribus omnimoda vernant prata. Dio Chryſoſt. orat.* 5. deſcribens in *Indis Elyſios*, εἰσὶ δὲ λειμῶνες

μῶνες αὐτόθι πάγκαλοι : ſunt illic pra[illegible] pulcherrima. *Chryſoſtom.* perſequens ea[illegible]dem gentilium doctrinam in *homil. de fu*turo *judicio*, ita ait: *Commemorant Elyſi*um *campum, beatorum inſulas, prata flo*rida, *magnam odoris ſuavitatem, leniter* ſpirantem *auram, choros etiam ibi exercen*tes, *indutos veſte candida hymnos cantan*tes. Sidonius Panegyr. Anthemii ita hæc loca deſcribit:

*Eſt locus Oceani, longævis proximus In-*
*dis*
*Axe ſub Eoo, Nabathæum tenſus in Eu-*
*rum:*
*Ver ibi continuum eſt, interpellata nu-*
*ullis*
*Frigoribus. Palleſcit humus: ſed flore*
*perenni*
*Picta peregrinos ignorant arva rigo-*
*res*
*Halant rura roſis: indeſcriptoſque per*
*agros*
*Fragrat odor.*

*Prudentius* quoque *hymno* 5. *Cathem.* ita his locis conſentanee ad *Maronem*:

*Illic purpureis tecta roſariis*
*Omnis fragrat humus, chaltaque pin-*
*guia,*

*Et molle violas, & tenues crocos*
*Fundit fonticulis unda fugacibus.*

*laudian. 2. rapt.* Ita de his:

*- - nec mollia deſunt*
*Prata tibi, Zephyris illic melioribus halant*
*Perpetui flores, quos non tua protulit Ætna.*

§. 7. Nec ſilentio prætereundum, quod ræci aſſerant, beatos in campis Elyſiis epus fruituros perpetuis παρὰ τιμίοις θεῶν, in cietate illorum, quos Dii honoratos haent, ut *Pindarus Iſthm.* 4. habet, ubi *Herules:*

Ναῦ δ' παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον
Ἀμφέπων ναίει, τετίμα-
ταί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος, ἥ-
βαν τ' ὀπυίει χρυσέων οἴ-
κων ἄναξ, καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

*Nunc verò cum Jove habitat lautiſſima felicitate gaudens, honore affectus Diis charus, Hebenque complectitur aurearum Ædium dominus ac Junonis gener.*

Iæc ab *Homero Ulyſſ.* λ tranſtulit, qui de *Hercule* idem dixerat, quod *Heben*, id eſt *uvenem uxorem* duxerit, de immortali æo nullis provectæ ætatis malis obnoxio,

quo donatus eſt, accipi debet quomodo *He-ſiodus* intellexit in *Theogonia*, qui *Homeri* ſæpe interpres, ideo de *Hercule* dixit:

Ναίει ἀπήμαντος καὶ ἀγήραος ἤματα πάν-
τα.

*Incolumis vivit nulla tardante ſenecta.*

*Empedocles* honeſtè viventibus pollicetur quod futuri ſint:

Ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, ἔν τε τραπέζαις
Εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκληροι ἀτειρεῖς.

quæ verba à *Jo. Scaliger.* ita latinè reddita ſunt:

*Immortalium cæterorum contubernales,*
*convivæ*
*Expertes humanarum miſeriarum, incor-*
*ruptibiles, immortales.*

De epulis his audiamus *Axiochi* auctorem, cujus verba Latinè tranſlata hæc ſunt: *Qui-bus bonus genius in vita agenda adſpiravit, piorum regionem incolunt; ubi anni tempe-ſtates omne genus fruges affatim ſuppedi-tant, fonteſque limpidis undis manant, prata univerſa variis floribus vernant; Phi-loſophorum ſcholæ, theatra Poëtarum, cho-ri circulares, auditiones muſicæ, convivia concinna, dapes ultro oblatæ, immortalis lætitia victuſque ſuavis præſto ſunt.*

S

§. 6. Mediocriter qui ſe geſſerunt, qui ec nimis malè, nec optimè vixerunt, his *raci* etiam quendam aſſignant locum, non uidem optimum, ſed eum, ex quo in mpos Elyſios transferri poſſit. Hinc nonulli *Inferos* in *campos Lugentes*, *Elyſium Tartara* diſtinguebant. In *Lugentes cam-s* autem cogebantur omnes BIÆOTHA-ATI & AORI: Πάντες οἱ περὶ μοίρας περὶ ὥρας θανόντες, *omnes qui violentâ et intempeſtivâ morte oppetebant.* Dido *irgiliana* erat & Βιαιοθάνατος & Ἄωρος:

*Qui nec fato, meritò nec morte peribat*
*Sed miſera ante diem* -- *lib.* 6. *Æneid.*

Ibi non *naturalis mors* intelligenda, quamis *naturalem* & *fatalem* eandem *Tullio* eſſe *Agellius lib.* 13. *Noct. Attic. cap.* 1. notaerit. Sed *fatalis* mors hic eſt, quæ ex fuprefuit: Sic *Euripid. in* Phœniſſ. de morte *olynicis* & *Eteoclis*:

Ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος
Ἕνεκεν Ἐριννύων.
*Non ex fato, non ex fato hæc cædes,*
*Sed ex Furiis.*

orrò illud *ante diem* præclarè illuſtrat *Sponnus*, ubi enim *Hom.* 1. *Iliad* ait:

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων:

*Multas autem fortes animas orco an-*
*tempus præmiſit*
*Herouum.*

Sic fermè ſcribit : Illud περὶ occiſum n… eſt, ſignificat enim περὶ τοῦ δέοντος, παρὰ τοῦ μοιρίδιου, id eſt. *Heroas ante fatum in-terfectos*, id enim imaginamur accidere … *morte violenta.* Hoc *Cicero* dixit 1. *Phil.* & *Agellius* expendit, multa autem impe… dere videntur præter naturam etiam, præ-terque fatum. *Ariſt. in Problem. ſec.* 1. *quæſt.* 6. παρὰ φύσιν: *præter naturam* dixit, qui… *Virgilius ante diem* & *Sophocl. Antig.* χρόνου πρόσθεν θανοῦμαι, *obeo ante temp…* & *Æſcllyl.* περὶ μοίρας *ante fatum.* D… mum voce unicâ, qui immaturâ decec… morte πρόμοιρος dicitur. De hoc mor… diſcrimine loquitur *Ariſtoteles* : περὶ ἀνα-πνοῆς. Θάνατος δ' ἐστιν, ὁ μὲν βίαιος ὁ … κατὰ φύσιν: *Mors autem eſt aut violenta, a… ſecundùm naturam.*

§. 7. In his autem campis tantiſper m… rari volueruntantiqui, dum μόρσιμος αἰ… ut *Pindarus* vocat (*tempus vitæ legitimum*) impletus fuiſſet : quem quibuſdam centum… quibuſdam LXX. anni conſtituunt. Ca… pos hoſce *Lugentes* in *Orco pallente, no…*

*du…*

*dum nigro* ſtatuebant, id eſt. inter hujus vitæ atque inferni confinia: quo ſenſu *Charite*, *Thraſyllum* occiſura, ſic præfatur: *Nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis; ſed incertum ſimulacrhum errabis inter orcum & Solem*, apud *Apulejum*. Quorſum verò ex hac potiſſimum regione arceſſerent animas, aliam cauſam adſignavit *Tertullian. lib. de Anima.* propè finem; *Invocantur quidem AORI & BIÆOTHANATI ſub illo fidei argumento, quod credibile videatur eas potiſſimum animas ad vim & injuriam facere, quas per vim & injuriam ſævus & immaturus finis extorſit, quaſi ad vicem offenſa.* Atqui ex inferni ſupplicii loco quotannis liberari perductos ad ſanitatem Græci agnoſcunt. *Platonis* igitur auctoritas inſtar omnium eſto, qui ſic in *Phædone* ſcribit: Οἱ δ' ἂν ἰάσιμα μὲν, μεγάλα δὲ δ' ξωσιν ἡμαρτεκέναι ἁμαρτήματα -- τȣτȣς ἐμπεσεῖν μὲν ἐις τὸ Τάρταρον ἀνάγκη ἐμπεσόντες δὲ ἀυτȣς καὶ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γινομένȣς, . ἐκβάλλει τὸ κῦμα &c. *Qui licet ſanabilia, magna tamen flagitia admiſiſſe videantur - illos in Tartarum incidere neceſſe eſt: Incidentes autem atque annum illuc commoratos ejicit fluctus.* Extre-

mi mali ad tartara mittuntur. Nam me
tes ſanæ ſtatim in *Elyſium*, ſanabiles aut
poſt luſtrationem *Tartaream* admitteba
tur: at INSANABILES perpetuæ ſ
miſeriæ nullum fructum reportant ipſi,
ti *Plato* in *Gorgia* teſtatur: Οἱ δ' ἂν
ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τοιαῦτα ἀδικήμ
τα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδεί
γματα γίγνεται: καὶ οὗτοι, αὐτοὶ μὲν οὐκ
ὀνίνανται οὐδὲν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ
νανται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτ
τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πα
πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδεί
γματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν ᾅδου ἐν τῷ δεσμ
τηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θε
ματα καὶ νουθετήματα. *Qui ſumma ſcelera*
*miſerunt, ac propterea inſanabiles fiun*
*ex illis exempla ſtatuuntur: illi enim i*
*utpote inſanabiles, nihil prorſus utilit*
*percipiunt; aliis verò utilitas redund*
*qui illos cernunt ob flagitia maximis at*
*acutiſſimis, ac maximè horrendis tormen*
*affectos; revera illic in inferno, ceu car*
*re, in exempla ſuſpenſos, ut impiis eò p*
*venientibus perpetuo ſpectaculo ſint ac*
*cumento.*

§. 8. Quod ad tormenta attinet, ibi t

quebuntur & cruciabuntur perpetuo igne & frigore, quod *Suidas* in voce Ἠλύσιον advertit. De fluviis καταντικρὺ oppoſitis Philoſophus in *Phædone*, & *Maxim. Tyr.* ex Platonis ſententia mentionem facit, quod ſurſum deorſumque fluant aquâ & igne. Inter alios autem *Acheron* pollere. *Theocrit. Idyll. XVI.*

Μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῶ Ἀχέροντος

*Neque jnglorius lugeas in frigido Acheronte.*

*Silius Ital. lib.* 13. *bell. Punic.* ita canit:

*- - latè exundantibus urit*
*Ripas ſævus aquis Phlegethon & turbine anhelo*
*Flammarnm reſonans, ſaxoſa incendia torquet.*

*Virgil.* duo hæc flumina reſpexit dicens:

*- - aliis ſub gurgite vaſto*
*Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.*

Ut autem *cœlo* omnia bona ita *Tartaro* contraria mala tribuere ſolent. Cœlo *lucem* (αἰθέρος ἄβατον φῶς vocat) *Euripid. Phœniſſ. Tartaro* tenebras, Furias ultrices, Mentes perditas devovent. In cœlo *quies*

ac, νηνεμία: in Tartaro ærumnoſiſſima ταραχή. In Cœlo epulari, in Tartaro perpetuâ fame premi. Cœlum ut jucundiſſimum Palatium lapidibus pretioſis conſtructum: Tartarum carcerem ſcrupeum, ſentum ſitu atque horridum pædore, unde nullus exitus conceditur, deſcribunt, uti *Virgilius lib. 6. Æneid.*

> *Porta adverſa ingens, ſolidoque adamante columnæ*
> *Vis ut nulla virûm, non ipſi exſcindere ferro*
> *Cœlicolæ valeant.*

Atque hæc de ſtatu animarum poſt mortem dicta ſunto. His itaque finem imponimus & gratias Deo Ter Optimo Maximo agimus, quod vires largiri clementiſſimè voluerit, quo labor ſuſceptus ad finem perductus, cui laus & honor in ſecula ſeculorum!

UBER-

UBERRIMUS

# RERUM ET VERBORUM

# INDEX.

*A*


ACcipitris in hominem mortuum pietas pag. 5

Acheruſiæ quidditas. 43

Acheron aquâ ſonorus ignemque ſpumans 319

Achillis ex tumulo vox querula 207

Achivi capillos præciderunt 127

Aculeô punctæ partes corporis 158

Ἀδης ejuſdem portæ 305. Claves ibid. An campus Elyſius ibid. Tripartitio ejus 307

Admeti ſtudia paradoxa 118

Adonidis mors ad luctum impellens cupidines 128

Ægyptiis ungendi ritus ſacer 58. Ægyptia cum quis accurato depinxerit penicillo condiendi modum 58 & 59

Æneæ religio 20

Ætate procedentes vel provectiores majore

culti honore atque Juniores 125
Afflictio mediante igne & algore 319
Quibus parata pag. 319
Ἄγαλμα quid ſit, 124
Ἁγὶς nomen qui non mercantur 37
Αἱμακουριῶν vox Bœotica 210. Notatio 198. Earundem & ἐγχισμάτων identitas ibid.
Ἀλάστορες qui ſint 307
Alexander Magnus os unguibus lanians 158
Alexander Macedo quid fecerit in funere Ephæſtionis? 128
Ambarvalium ortus 276
Amburbium ibid.
Anima quamdiu circa tumulum vagetur 11. quæque obſervanda ibid. ter alta voce revocata 14. Ejus in cœlum per alas aquilinas tranſportatio credita 271. Avium hinc Regem referens ibid.
Aori qui appellentur 315
Ἀποβώμια quid ſint 239
Apotheoſis Græcorum 271. plenior ejus deſcriptio ibid. Ceremoniæ 273
Aqua Papalium luſtralis unde ſumpſerit originem 53. Vas ea refertum 51
Aquilæ alæ 271

Ara

Ara, ſuper hac ſtatuta Diis Cœlicolis ſolita peragi piacula 238. Conſi Dei in hypogeo 239. Diis inferis cum ſcrobiculis erecta 239. ara ἐσχάρα 240. μεγάρα ibid.

'Αρδάνιον unde 52

Arma cadaveribus prælata certis 97. feretro impoſita 171

Athenienſes quô pactô ſepulti in prælio occumbentes 25

Avenæus lapis quid Poëtis 43

*B*

Barbæ primitiæ in pyxide reconditæ Deæ ſacratæ 131

*Bartholini* exiſtimatio in recenſendis Veterum tibiis 107 & 108

*Biæothanatorum* nomine quinam inſigniantur 315

*Bivium* Græcorum 31

*C*

*Calaverum* lotio 54. ipſa facta aquâ mediante calidâ 57. aſt apud Judæos frigidâ ibid. Eadem lavandi contingens proximorum munus 55. Mulieribus præ-

primis datum 56. in caſu neceſſitatis hæc ſparta & in alios conveniebat 56. & 57. An hoc officium & bonis commiſſum amicis? 55. Uncta unguento cadavera 58. coronis & floribus exornata 76. ad veſtibulum converſa 83. collocatio ejus modi πρόθεσις ibid.

Canon Talmudicorum 38

Capuli etymon 90. eſt ſeretrum ibid. capularis ſenex 89

Campi lugentes 315. hûc relegati per vim vitâ excedentes, BIÆOTHANATI 315

Capillus Diis ſacratus 130. ejus tonſura cujus rei ſignum 132. in navi ipſum tondere an integrum 131. de evulſione illius ſacra pagina crebra 141

Capſulæ cadaverum κλίναι 165

Captivi eadem pyrâ Viris conſupulti illuſtribus 209

Caſcus datus cum numiſmate 44. quem in finem ibid.

Catuli in luſtrationibus uſus 277

Caput pulvere deforme redditum 150

*Cenotaphii* graphica deſcriptio 18. quid ſit Nonno 19. Græcis in bello cæſis erigi ſolitum ibid. item Doctis de Republi-

câ benè meritis 20. illud Euripidis 21 jacturam in mari paſſis exſtructnm 22
*Ceramici* dilineatio 23 & 24. extra urbem ſitus 169. ipſius in partes diviſio ibid. in eo ſepultura cujus? 24
*Cerberus* an de genere canis! 44. diverſa de hoc Auctorum opinio 45. Poëtis triceps ibid. quid per illum velint intelligi Jan. Windet Anglus ibid. Thomas Blount ibid. offa ei objecta 46. Ad eum placandum mortuis data placenta mellita ibid.
*Charonti* debitum datum portorium 42
χύτη γῆ quid ſit 2
Cippus Græcis ςήλη 215
Cinerem in caput ſparſêre lugentes 148. Judæis hoc ſolenne ibid.
Cœmiteria priſcis temporibus domeſtica 163. eorundem locus duplex 168 κεραμεικοὶ ibid. δημόσιον σῆμα intra civitatem 168
Cognatione attingentes mortuum ei largitimunus 196
Collocatio defunctorum ad januam; 83. πρόθεσις ibid. a quibus peracta 84. Ei locus determinatus 86
Colore pullo Graii in luctu uſi 145

Comam luctus tempore cutetenus radere in uſu 126. de ejus raſura S. Pandectæ 12[illegible] tonſura mulieribus Græcis ſolennis 128. eam abſciderunt Joſeph & filius Jonathanis 129. incidere comam lætitiæ κεμπίελον 129. luctus ergo comam Comani raſêre 127. ſimiliter Achivi 127. ejus primitiæ oblatæ à virginibus Junoni & Dianæ 130. tumulo imponi ſueta 134. in σημεῖον doloris ibid. eam ſpargere circa ſepulchrum amicis peculiare 136. num hæc ſparſio lætitiâ extulerit mortuum ibid. in ignem conjecta coma 249. comam alere Viris Græcis mœrore affectis uſitatum 128. eandem promiſſam fovere & in captivos quadrabat. 131 & 132. quam reſecuêre libertati reſtituti 132. quem morem ſcilicet indulgente fortunâ præſcindendi crines omnes imitati Græci viri ibid. coma Diis ſacra 130. vide ſupra Capil.

*Compitaliorum* feſtum 195

Conclamatio Romanorum 32

*Convenientia* Græcorum & Hebræorum quà ſepeliendi tempus 11

Coronandi mortuos conſuetudo unde propullulet 78. mos hic Romam tranſla-

tus

tus 80. corona ſignum certaminis vitæ 77. quâ ex materia nexa 80. ex ſolo flore 254. uariis inſcriptionibus ſervata 83. corona Pothos 254. coronæ ſertæ 260. coronæ tumulorum ἔρωτες 254
Crematio corporis annihilationis beneficium 172. non omnibus Romanorum familiis ſolennis ibid. ſeculo Iliaco Græcis perquam uſitata 173. magis tædioſa ibid. detrectata hominibus ætatis, aſt cujuſmam? ibid. recuſata ictis fulmine 175. αὐτοχειρσὶ ibid. ritus exprimitur 176
Cryptæ ſolida definitio 165. σπηλαίον 166. crypta Chriſti 167. Lazari 166. Martyrum 166. cryptæ Procerum monumenta ibid. ventilatur quæſtionum Chriſti crypta exciſa è petra 167
Cucurbita ſuper ſano conſtituta 81
Cupidinum luctus acerbus 128
Cypariſſa Boreæ Celtarum Regis filia 50
Cypariſſus puer 49. ipſum Apollinem ſui amore detinens captum 50. Ab Amaſio ſuo in arborem nominis ſui tranſmiſſus ibid.
Cypariſſus arbor 48. ea fores redimitæ lugubrium ædium ibid. de hujus ad domici-

micilii introitum poſitione Auctorum pugnæ 48. & 49 an ex funere ſit nata? 49

*D*

Danaidum hydriæ perfluentes 2
Deſignatores qui audiant 655
Dialogus inter Theoclymenum & Helenam 222
Diana quem in finem nectere moram negârit 377
Diei raptus 94. ultra quot dies ſalire non licitum 600
Diverſitas threnorum, hymnorum, hymenæorum 113 & 114
Domi ſe abdidere lugentes 144
Dorconis in memoriam fractæ ad tumulum tibiæ 202.

*E*

Ἐγκομιδὴ, Elatio 41
Elatio mortui triduana 11. tempus hoc ſæpe prorogatum 12. veteribus nocturnum 92. elatio ἐκφορὰ ibid. elati morrui ante Solis ortum more Athenienſium 93. juvenes miſerrimis acerbâ morte:

te exſtincti ibid. elatio funeris quæ cœlo albicante fit quî vocetur Græcis 94. elati mortui lecticâ ibid. ſuper humeros hominum ibid. quinam peregerunt efferendi provinciam 95. Herodes a Magnatibus Iſraël elatus 96. an ſervi in libertatem vindicati Domini unquam extulerint cadaver ibid. elatione lachrymæ profuſæ 102. efferendus ricinio integebatur 147

Ἔλεγος canticum lugubre 159

Elyſii nomenclaturæ ratio 309. elyſium floſculis pratiſque blandi ſpiraminis & divitis fœtus prægnans 314, 317. in eo cibi ſumendi 313. inibi fontes ſinceri 314. Philoſophorum ſcholæ ibid. theatra Poëtarum ibid. chori in orbem ibid. comeſſationes lautæ ibid. tempus in Elyſiis morandi & commorandi ſeculi ſpatiô definitum 316. iter ad hunc campum tendens laboris & moleſtiæ plenum 309

Ἐνταφιαστὴς quid ſit 65. propriè funerator 69

Ἐνταφιοπώλης 65

Ἐνταφιάζειν quid inſinuet 68. notio τοῦ ταριχεύειν non recidit eodem 69

Epi-

Epigramma Euripidis 231. ejus clauſull monodiſtichon 23

Epitaphiorum ſciagraphia à pag. 217. ad 224. epitaphium callentis artem palæſtricam 224, & 225. fabri lignarii 225 coronis ornatum ibid. iconibus delibutum 226. elogiis conſpicuum 227. tetraſticho concinnum 231. ſed à Sicyonia ſpretum 23

*Erebus* & *Chaos* 3

Ἔρως ab Eran 8

Exequias abſentibus celebrare mos tumulis erectis 19. inter exequias eundum qua ſexus prævaluerit 97. an mulieres ſemper ponè ſecutæ 98. viri & mulieres genere proximi ſemper & promiſcuè ho in paſſu ordinis tulere prærogativam ibi exequiatores propinquos excepit populus 99. exequialis ſermo quibus habitu 267. ſermo dictus intra parietes ibid. in ceramico Rhetor a Reipubl. præſidibu datus 257 & 26

*F*

Faba in mortuos conveniens 294. aſſumpta in epulo ſepulchrali ibid

Facies linteolo operta 33. pulvere fœdata 148
Faſciis totum corpus defuncti religatum 74
Februa piaculum vitâ functorum 297. celebrata per dies XII. continuo ordine ibid.
τῶν Februare & purgare notiones æquipollentes ibid.
*Februarius* defunctorum reminiſcentiæ menſis ibid.
Femur in luctu percuſſum 153. & 155
Feralia à cibis ferendis 294. multis ante ſeculis juſta 237. ferale ſacrum non forda ſed bos infœcundus 241
Feretri origo 89. Latinis capulus ibid. illô plebejorum deportata cadavera 90. ſandapila ibid.
Fœni rigidi holocauſtum in Deæ Paſtorum Majeſtatem 238 & 239
Frontes acubus compunctæ 158
Funale longâ lucens ſerie 103
*Funus* Græci proſecuti canticis exequialibus 106. quid hâc voce intentâ intenderint 107. deductum duabus ad minimum tibiis 115. unâ lamentatrice ibid. ejus comites incedentes pedibus an

etiam rhedâ vecti 101. in comitatu quo habitu inceſſerint Græci 160. quô uſi geſtu ibid. quem adhibuerint greſſum 161. clauſum illud turbâ lacero vel ſatius obſoleto indumento 102
Funera mulier 84
Funereum præconium genuinum encomium 232

## G

Genarum muliebrium raſura legibus XII. Tabb. vetita 159
Græci quare urſerint ſepulturam 9. defuncti quarto die magnificè funerati 10. eorum ſuperſtitio 53. albis plerumque humati ueſtibus 75. certis uſi loquendi formulis in effundendis liquoribus 253 ipſorum domicilium ſub Jove vitæ ſervatore 303

## H

Habitaculum Græcorum ſub Patre juvante 303. ſub ſummo Deorum Manium ibid. *illud* ſcil. Jovis undiquaque pellucidum ibid. *hoc* offuſum tenebris pluſquam cimmeriis ibid.
Hebræi veriti quodvis tangere cadaver 38. lu-

lumina clauſêre mortuorum 29. vinum inſufflârunt in ejus nares 30. calidâ abluebant cadaver 57. ſciſſio veſtium earumque in ignem conjectio luctus teſtimonium 141. mortuos involvêre ſindoni 73. Geier citatur 129
Helena tumultum excitans 22
Henry Ainſworth ex Rabbinorum ſcriptis 38
Hyacinthus flos characteribus refertus 258. & 259. eô ſepulchra conſperſa 258. an ſatius hyacinthus 259
Hypogeum Græcorum 164. fornice inſtructum 165
Hypergeium Romanorum ibid.

*I*

Ἰαλεμοι Græcorum 122
Ignis juxta hominem exſanguem tumulo mandandum inſtructus 103. & 104
Ἱεροὶ defuncti Plutarcho 37
Imprecatio Græcorum in inſepultum ſolita 6
Infames ſepulturâ habiti indigni ibid.
Inferi malorum fax & tuba 237. cur color illis ater acceptus 242
Inferiæ Diis ſubterraneis ſacræ 241. earum locus

locus terræ concavus 238. ſynonyma 240. ἔμπυρα 249. χοαὶ 250. & 262. eas ab inimico fieri nefas creditum 253. circa aſſertatas officium planè ſeu in publico exhibitum 254
Inſtitis pedes, manuſque colligatæ 74. Lazari etiam ibid.
Inſtrumentum percuſſionis victimarum 246
Juſtitiæ in tres ſpecies partitio 1. de juſtitia ad manes cura Antiquorum religioſa 1
Juſtorum nomine quid Latinis veniat 1. & 2. ipſorum notatio 237
Judicium Græcorum de malè feriatis cadaveri obviis 3

*K*

Καθαρισμὸς Græcorum ſacrificium 235
Kapuli & capuli enſis differentia 90
Καρκήδον Suidæ quid noter 44
Κειρίαι, faſciæ 74. & 75
Κεραμεικοὶ cœmiteria 168
Κειράμενοι χαίτας 128
Κῆπος lætitiæ ſignum 132.
Κλίναις mortuorum capſulæ 165.
τοῦ Κόσμου etymon 123. quid ſit κόσμος 125.

125. Romanorum funeribus præmiſſus 125

*L*

Lachrymarum tempore elationis profuſio 102. facies his madida naturæ congrua ibid. ipſarum comites planctus & στερνοτυπία 153
Lacticinia inferiæ 249
Lectus Græcis λέκτρον 89. uſitatior ejus notio ac ſtrati funebris feretrum ibid.
Λέκτρον ſatius quàm lectica ibid.
Legumen dapes ſuſcipientium ex funere dolorem 295
Lex expreſſa de cadaveris tactu 38. Attica de cadavere de improviſo invento terrâ operiendo 2
Liberi mortuos parentes amiciebant 34
Libitina quæ fuerit 62. Venus 63. mors & funus 64
Libitinarii denominatio 62. munus in curando funere 65. officium honeſtius atque pollinctorum 66. ratio rei eſt in promptu ibid. quid fuerit libitinarius 65. libitinam exercens ibid.
Lilium impoſitum diem obeuntium ultimum 81

Lin-

Linteo tenui incluſus mortuus 69. linteum hoc ab amico etiam muliere comparatum ibid. an verè fuerit linteum 69. hoc texi ſuetum 69. texturæ lintei modum quis tradiderit 71. linteo parvo invo lutum caput Salvatoris 74. linteorum trias ſecundum hypotheſin Heideggeri cernitur 7
Lucianus geſtus omnes lugentium expri mens 15
Luctus triduanus ſuper defunctos antè quàm tumulo illati 10. tempore ho bibere, vinum, piaculum 13
Luſtrare περιλκαθείρειν 274. expiare 273 circumferre eodem recidunt 27
Luſtratio Hellenum adhibita unicuique non minus quàm promiſcuæ multitudi ni 273. copiis militaribus 274. prius quàm illæ prælia inirent ibid. claſſiarii militibus 275. ſegetibus ibid. agris, ur bibus 276. domui funeſtæ ibid. in lu ſtrationibus canis circumlatus 277. lu ſtratio herbis peragi ſolita 278. aqua ovo, ſale, vino, ſulphure, bitumine 279. per ignem & flammas 280. pyr neceſſarii cujuſpiam jam denaſcentis lu ſtrata ibid. luſtratio freques apud Ro ma

manos ibid. apud Nomades, Scythas ſeu Tartaros 281
Lyriſtes in exequiis non requiſitus 119. ſed quare? ibid.

*M*

Mammillæ mulierum raſæ 151. unguibus laceratæ 156
Maritis uxores condebant oculos 28
Mas quoque funeris lamentator 105
Maſſilienſes eodem quô eſt itum exequias die convivantes per rationem luctus 288
Medeæ ſpes 34
Megarenſes hanc vel illam Cœli plagam condendi mortuum oppetebant 169. quæ & Athenienſium ibid.
Menandri monumentum 21. μήνιμά τι τοῦ νεκροῦ ſepulturæ honore captæ 8. μείλιγμά τι τοῦ νεκροῦ exequiis affecta corpora 9
Meſſeniorum conſuetudo in efferendis Optimatibus 72
Moriens nomine proprio, magno clamore vocitatus 26. morientis ejus lectulo aſſidebant proximiores ibid. aſſeſſionis hujus ratio conſpicitur ibid: ejus oculi clauſi ibid. operturæ ratio 27. Munus hoc cui commiſſum 27. magni habitum à certis peractum perſonis 28. diſcedens è vita

apud alias gentes olea, lauro &c. redimitus 81. ipſi nefas malè precari 296. imprecans diras in jus vocatus 297
Mors ex furore fatalis 315. ejus tempore vaſis æneis tumultus citus 3[illegible]
Μόρσιμ@ αἰὼν 31[illegible]
Mulier ſi morte ſubitâ ſublata, Dianæ ii[illegible] adſcriptum 30. plangens 105. ejus leſſus & nænia 10[illegible]

*N*

Næniorum ſolida appellationis ratio 12[illegible] deſcriptio 121. an per diphtongum hæc vox rectè ſcribatur ibi[illegible]
Nænia Dea 122
Naufragii metum quid incuſſerit priſcis
Nauli etymon 42. ſynonyma ibib. naulu[illegible] quid Græcis ibid. Acheruſiæ 43. ejus de[illegible] ſcriptio ibi[illegible]
Νεκροθάπτην quid Græcis audiat 6[illegible]
נבילה quid ſit Hebræis 3[illegible]
Nummus cereus ori defuncti inſertus 4[illegible]

*O*

Oculos clauſêre uxores maritis 28. liber[illegible] Patres 29. operculô tectos vide [illegible]
Ὀθνεῖος bonorum 3[illegible]
Offæ materia 46. offa polentæ mulſo co[illegible] creta 47. Cerbero repræſentata 46.

ha[illegible]

hanc pro Apuleji judicio utraque tenuerint manu defunсti 47
Orationes funebres anniverſariæ 268
Orci in via tergemina conſeſſus judicum 305
Opinio Græcorum de Diis in peſſimæ notæ viatores malè animatis 3. Alexandri ab Alexandro 13.
Oſculum datum è vita cedentibus 35. oſculans Auguſtus Liviam moribundam ibid.
Oſſa apud exteros morientium reportata in ſolum natale 194
Oſſilegium Græcorum 189
Ὀστοθῆκαι 191
Ὀστοχεῖα ibid.
Ὀστεργίκων nomine quid Græcis veniat 53
Ovis furva ferale libamen 241

*P*

Paradiſi ſitus an tractui Ægypti adjaceat 308 ſub Æquatore ibid. an ultra Oceanum ib.
Parentaliorum ſynonymia 282. illa Græcis περίδειπνον ib. δαῖς ἐπιτάφιος 283. epulum ſepulchrale 284. de leguminum genere fabæ lenteſque, in parentalibus aſſumi ſolitæ 294. convivium ſepulchrale in Abnerini honoris amplitudinem vergens 283. ferale Argonautarum 286.

Parentalia, juſta 290. eorum definitio 289
Patrio condi ſolo Græcis non infimus felicitatis gradus 14. videſis rubricam *oſſium*
Patrocli oſſa repoſita in tentorio 19
Pauperes nigris elati veſtibus 72. cauſam habes ibid.
Pectus in luctu tunſum 151. pugnis exceptum 155
Pelopis tumulus 211
Phraſi πάντος γῆν ἐπιβάλλειν quid Fabius intelligat 2.
Φυλλοβολεῖν quid ſit Varroni 263
Pericles primus defuncti encomiaſtes 268
Pecunia corporibus naufragio pereuntibus annexa in ſpem futuræ ſepulturæ 8
Περίδειπνον 282.
Περικυλακισμὸς 277
Πέπλον ſudarium 33. ſpecies veſtis ibid. Germanicè Tuch ibid. Belgicè doek ibid. Syro linteum ibid.
Placenta mellita 46
Platonis auctoritas 317
Πρὸ particula hæc quid importet 316
Πρόμοιρος ibid.
Proditoribus ſepultura prohibita 175
Preces Hectoris & Ajacis ad Achillem 7. harum argumentum 7 & 8

Pol-

Pollinctoris notatio 66. munus ibib. pollinctor funerator Menochio 68
Polyxenæ immolatio 207. virgineo ejus cruore Manes placati 203
Pontificum religio circa cadaver 5
Potentiorum indumenta pretioſiora in rogum projecta 197
Porca Cereri oblata 276. præcidanea 4
Porcellus adhibitus in luſtrationibus 277
Πυέλος Græcorum 189
Pyræ definitio 176. varia materia ibid. & quidem pro ratione relationis perſonarum & diverſi generis mortis 177 & 178. de lignis pyræ per artem lævigatis lex proſcripta 179. pyræ cypariſſo circumdatæ ibid. pyra è ligno odorem excitante ſtructa 180. Aræ formæ reſpondens ibid. triangularis in turris modum ibid. ejus altitudo ibid. pyra amici luſtrata 280. tribus vicibus 183. varia pecudum genera priſcis temporibus pyræ impoſita ibid. captivi ad pyram virorum famæ nitore celebrium jugulati 185. captivi Trojam incolentes jugulum dedêre pyra in favillam redactâ 186 & 187. pyra atro reſtincta Mero 188. veni ſpuma pyræ immiſſa 203. odores impoſiti 198

R

Raſura omnigena ad uſque cutim mœroris teſtimonium 132. τιμμέλιον hilaritatis 229. 232. vide comam & capillum.
Religio Æneæ 2c. accipitris in cadaver 5. ſepulchrorum 300. Pontificum 5
Ricinio efferendus involutus 147
Romani atris humati veſtibus 75. eorum conclamatio 33. funera indictiva 99. Præficæ 105. Mos mortuos die ſeptimo efferendi 12. Hypergeium 164. cadaverum uſtrina 165. an invexerit amorem ὑπεργείων ibid corporum uſtio non omnibus uſitata 172. monumenta ipſorum coronis inſignia 255. mos inveteratus quantum concernit purificationem 281

S

Sacra medio quoque noctis ſilentio celebrata 245. circa anni lunaris periodum ibid.
Sacri crines puerorum in genitura 130. fluminibus ibid.
Sacrificium Novendiale unde dictum 236.
Sacrum cadaver 37. cur ſic vocitetur ibid. Novendiale & Denicale ſtatutum 298. ferale. vacca ſterilis 240
Sale peractâ purificatio Græcorum 279
Sanguis funerale ſacrum 247. in terræ cavam

vam effuſus 248. ex lacertis tractus & hauſtus 159. ad ſepulchra profuſus 208

Sandapila, mortuorum feretrum 90. ſeu νεκροφερεῖον ibid. σανυδοπύελος πύελον 91.

Sndapilarii σοροπηγοὶ ibid.

Srcolium arca quælibet ſepulchralis ibid.

Srcophagi termino quid priſcis noteturoo. in ſenſu abſoluto eſt mortuorum loculus 91

Sxum ſepulchrale coronis redimitum 257,

Shikardus tres exhibens condiendi modos 60

Snio confectus vel capularis 89

Spulchra familiæ peculiaria 164. ἅγια 37. Lychophroni ἥρια ibid. tot arcis diſtincta, quot corpora illis incluſa 164. Judaicorum deſcriptio 166. in illa terra ſuperinjecta 170. inſculptus ipſis ſermo ligatus vel & proſaicus 231. ludis Gymnicis feriata illa 270. eorundem religio 299. ſepulchrorum corporis & animæ æquilibrium ibid. violatio magnum reputabatur crimen 300

Spulchrales arcæ uni circumſcriptæ monumento 164. Inſcriptiones 215

Sepuchretum extra urbem, Ceramicus 16
Sepultura collocatitia 4. hoſti denegata, pro detractione & imprecatione æſtimata 6. ad eam corpora data, μείλιγμά τι τῦ νεκρῦ 9. quæ autem non adepta ſepulturæ honorem 8. vide Μήνιμα. ejus curctationem deteſtati ſunt Hebræi juxta & Græci 11. & ob eandem rationem ibid.
Setarum nonnihil diſtributum in Principo ſacris adſtantes 25
Sicionii conſpecti coronati λευχειμονῦντες cum veſtibus albis 10
Signa verſa in luctu faſceſque 14
Silicernii etymon 291. deſcriptio 290. nomine quid veniat Terentio 29
Σίνδον & ὀθόνη æquè latè patent 75. involuti huic mortui 73. Rabbinis eſt involucrum mortuorum ibi.
Siticinis vocabuli origo 107. Siticen mæ Sicinicta vel Sicinniſta ibid. Siciniſtæ cornicines ibid. ordines Siticinum diſtincti ibid. ſunt τυμβαύλοι 15
Spendii ſepulchrum conſperſum cruce 21.
Στήλη, columen ſepulchro inſiſtens 21. propriè μνῆμα ib.
Siſyphi lapis 2

Suggrundiarium puſionum ſepulchrum 174
Suovetaurilia ſacrificia 276
Stramenta ſegeſtria cur ſic appellata 89
Συγκλείειν τοὺς ὀφθαλμούς 28
Συγκομιδὴ quæ actio Græcis ſic appellata 41. ejuſdem notatio ibid.

T

Talmudicorum canon 38
Tantali ſitis 32
τοῦ Ταριχεύειν quid velit notio 60
Tartari cœlique difformis conditio 319 320
Theodoretus in ſignum acerbi doloris femur percutiens 154
Theſeus quare redimi coronâ renuerit 139
Threnorum hymnorum & hymenæorum diſcrepantia 113
Terræ planitiei libamina impoſita 238. in honorem Deorum terreſtrium ibid.
Tibiis flebilia fuſa carmina 112. earum ut & tubarum creber in funere uſus 109. tibiæ tactum in exequiis vetuit Admetus 118. an bene ibid. ad minimum duabus funus deductum 115. varia earum genera habes 116, 117. tibia pro Neonympho 115
Tibicen Phrygius 112. buſtiarius ibid. adhi-

hibitus in luctu 114. mos an hic priſcus ibid.

Tonſurâ dolorem mulieres teſtatæ ſunt 132. ſed viri vice verſa tonſura adhibita ibid. circa ſupercilia oculorum 133

Tuba funeris conclamatio 111. an deducant Manes ætatis floridæ 108. an quos extulit virtus ibid. an de grege vulgi 109

Tumuli homonymia 213. notio quid accuratè & propriè inſinuet ibid. Materia 214. tumulus Butuninus 213. fabrè factus, honoratiorum deliciæ 214. tumuli cippus ibid. titulus 216. tumuli varii uni eidemque homini uariis in locis ſtatuti 19. Romanorum coronis ſplendidi 255. frondibus concinni 257. virorum bello illuſtrium apio montano præſtantes 257. hyacinthis floribus conſperſi 258. roſâ junonia ibid. ramus tortilis eorum mundus 257. unguentis honorati tumuli 263. confer rubrum ſepulchri.

Tumultus citi cauſa genuina quæ ſit 32

Τύμβος num originem τοῦ τύφεσθαι agnoſcat 173

V

Unctio Græcorum 58. uſus unguentorum il-

illis familiaris ibid. & aliis gentibus ſolennis ungendi & condiendi mos 61.& 62. Ægyptiis quidem 59. uncti pedes unguento Ægyptio 58. Maxillæ & mammæ Phœnicino ibid. brachium alterum Siſymbrio ibid. cilia & cæſaries Amaricino ibid. genua & collum Serpillinis ibid.

Urna quâ ſervatæ reliquiæ Fatis cedentium, oſculo an excepta 35. probatio rei ex ſacris annalibus ibid. urnarum conditio 191. ejus nomine quid veniat Grammaticis 193. urna, κρωσσὸς ibid. κάδος Africano ibid. urna in aurea favillæ heroicæ reconditæ 191. ex κέδρῳ facta 193. argentea 191. ænea 192. marmorea ibid. fictilis ibid.

V

Vale & ſalve 100

Vas aquâ plenum luſtrali 51. poni ſuetum ante ædium fores ibid. ἀρδάνιον 52. ventroſum ibid.

Venus libitina 63. funerum Dea ibid. illius in templo ad funebres pompas ſervata præparatoria 64

Ventus in uſtulatione quis requiſitus 181

Veſtitus feralis ex ſindone byſſina conſtans 71. veſtibus pullis elati pauperes 72. ſepe-

peliendi albis incluſi ibid. præter veſtimenta alba Princeps & aliis pretioſis ſepultus 73.74 albis induti & coronis ornati quando Græci inceſſerint 101. lugubris in funeris pediſſequis convenientior quàm aorona 138. ſciſſio veſtitus perquam familiaris Hebræis, Græcis, Romanis, Perſis 141. de hujus ſciſſura conſulere licet 141. & 142. de modo rumpendi veſtes Dillherr 143. veſtes mutatæ à lugentibus 144. convivio qui intererant exequiali, candido induti habitu 295

Via ſpectans ſepulchretum ἡρώων 162. unde dicantur ἡρῷα ibid. quæ ſynonyma ibid. ἡρῴων, ſacræ pyrtæ ibid. portæ maleficorum ibid. viæ ſiniſtræ ductor 307

Victimam mactandi ratio & conditio 245. parvæ hoſtiæ collum diffractum 246. cæſionem ſibi vindcians imperio deſtinatus ibid.

Vir ſi ſubitò raperetur Fatô, cui id Deorum fuerit aſſignatum 3[illegible]

*FINIS.*